Ecce quomodo ceru⁹ ſit emiſſus. Sz quō dans eloquia pulchritudinis: et fortaſſis hoc per exempla euidentiuſ oſtendimus: plenius perſuademus. Vult⁹ audire eloquia pulchritudinis: eloquia ſuauitatis: plena decore: plena dulcedine: et qualia neptalim formare conſueuit: vel qualia eū formare conuenit. Oſculetur me inquit oſculo oris ſui Fulcite me florib⁹: ſtipate me mal: quia amore langueo. Fauus diſtillans la. t. mel ⁊ lac ſub ling. t. ⁊ odor vngen. tuo. ſuper omnia aroma. Quid queſo dulcius huiuſmodi eloquiis: quid iocundius īuenitur: q̄d talibuſ eloquiis libenti⁹: quid audit̄ auidius Iſta verba carnale aliquid ſonare videntur: ⁊ tamen ſpiritualia ſunt que per ipſa deſcribūtur. Sic nouit neptalim carnalia cuz ſpiritualibus permiſcere: ⁊ per corporalia īcorporea deſcribere: vt vtraqꝫ hominis natura ī eis dictis inueniat vn̄ ſe mirabiliter reficiat: qui ex corporea ⁊ incorporea natura conſtat. Hinc eſt fortaſſe ꝙ homini tam ſuauiter ſapiunt: qꝛ quodāmodo vt dictū eſt vtrāqꝫ eius naturaz reficiunt. Illud autē in eius dictis ē valde mirabile dignūqꝫ āmiratione ꝙ tunc fere ſemꝑ

delectabilius blandiunt̄: qn̄ iuxta littere ſen/
ſum nihil ſonare vident̄. Quale eſt illud. Ca/
pilli tui ſicut greges caprarum que aſcende/
runt de mōte galaad. Dētes tui ſicut greges
ges tónſarum que aſcenderunt de la. Naſus
tuus ſicut turris libani que reſpicit cōtra da/
maſcum. Caput tuum ſicut camelus. Hec et
huiuſmodi alia cuꝫ audiunt̄ vel legunt̄: iocū/
da valde eſſe vident̄: ꝛ tamē his omnibꝰ duꝫ
ſolum littere ſenſum ſequimur: nihil in eis in/
uenimus qꝺ digne miremur. Sed forte ī hu/
iuſmodi dictis: hoc eſt ꝙ tam libenter ample
ctimur ꝙ ex iocūda quadā (vt ita dicā) littere
//. familiaritate ad ſpiritualem intelligentiā con //. fatuitate
fugere coartamur. Si ergo digne penſamus
ille noſter neptalim ꝙꝫ ſit expeditus in medi/
tatione: ꝙꝫ ſit iocundus in ſermōe: citius ad/
uertere licet ꝙꝫ recte ſcriptura ꝓnunciet de eo
Neptaliꝫ ceruꝰ emiſſus dās eloquia pulchri
tudinis.

## De gemina virtutuꝫ prole que na ſcitur ex edomita ſenſualitate: Cap̄. XXV.

Sed hec interim de filijs bale dcā ſuf/
ficere volumus: reſtat vt nunc de fi/
lijs zelphe aliquid loquamur. Vidēs
itaqꝫ lya ſororē ſuam rachel de adoptiua ꝓle

iam gaudere: ꝓuocat̃ ipſa ancillã ſuam viro ſuo tradere: vt poſſit ⁊ ipſa cũ ſorore ſua de filiorũ adoptione gaudere. Si ergo vt ſupius dictũ eſt per zelphã ſenſualitatẽ debem⁹ accipere: quã aliã queſo virtutis prolem põt ipſa gignere niſi vt diſcat in reb⁹ proſperis tẽpanter viuere ⁊ in aduerſis patiẽtiã habere. Iſti ſunt gad ⁊ aſer duo filij zelphe videlicet rigor abſtinentie: ⁊ vigor patientie. Gad itaqꝫ naſcitur prior: aſer autẽ poſterior: qꝛ prius ẽ vt tẽperantes ſimus ad bona ꝓpria. Poſtea autẽ vt fortes ſimus ad tolerãda mala aliena: hec eſt gemina virtutũ proles quã zelphã quideꝫ parit in dolore: verũtamen ad magnã beatitudinẽ dñe ſue. Per abſtinentiã ſiquidẽ vł patientiã caro affligitur: ſed ad magnã inde pacem ⁊ tranquillitatem anim⁹ cõponit̃. Hic ẽ ꝙ nato gad lya exclamat dicens feliciter. Et iterũ aſer naſcente ꝓnunciat dicens hoc ꝓ beatitudine mea. Mea inquit nõ ſua. Vñ enim ſenſualitas exterius ꝑ carnem atterit̃: inde ad puritatis integritatẽ cordis affectio repat̃.

## De rigore abſtinentie ⁊ vigore patientie: ⁊ eorum proprietate: Ca.XXVI.

## Ca. XXVI.

q Uanta enim putas pax cordis eſt: vl' tranquillitas: nulla huius mundi oblectamēta ↄcupiſcere: nulla ei⁹ aduerſa formidare. Quorum vnum per gad adipiſcitur: alterum per aſer obtinetur. Quid enī de huius mundi oblectamentis concupiſcat. qui oblata delectamenta amore abſtinētie recuſat. vel quid de huius mūdi aduerſis timeat qui virtute patientie roboratus: de illatis etiā malis triumphat. Sicut de apoſtol' ſcriptum eſt. Ibāt apoſtoli gaudētes a cōſpectu ↄcilij qm̄ digni habiti ſunt. ꝛc. Et ſicut ꝑ paulum precipitur: In tribulatione gaudentes. Quid ergo illius gaudium queſo imminuat: que etiam de illata contumelia vel qualibet preſſura exultat? Ad beatitudinem ergo animi ſpectat quicquid pro dei amore caro durū tollerat. Unde enim corpus atteritur: cōſcientia exhilaratur. Ex quo exterius videtur infelicior: interius conſtat eſſe beatior. Duo enim ſunt ex quibus conſtat gaudium beatitudīs carere. ſcꝫ eo qđ nolis: et habere qđ velis. Felicem ſiquidem dicimus qui nihil patitur qđ nolit: illum beatū iudicam⁹ cui ſuppetunt q̄ cupit. Qui g̊ ꝓ celeſtiū deſiderio voluptatem ſeculi odit: profecto ꝑ abſtinentiam

hoſtem ſuū vbiq; declinare poterit. Recte er go rigoꝛ abſtinentie gad: id eſt felicitas dicit: quia vbiq; calcat blandimēta ſeculi que dete ſtatur. Item qui pꝛo dei amoꝛe afflictionem coꝛpoꝛis diligit vbi queſo nō inueniat aliqd vnde affligi poſſit. Si ergo iure beatus credi tur qui vbiq; inuenit qđ amat: iuſte vigoꝛ pa tiētie aſſer: hoc eſt beatus noīatur: cui vbiq; obuiat quod deſiderat. Ecce duo amatoꝛes: vnus dei: alter ſeculi. Iſte pꝛopter deum dili git tempoꝛalē afflictionem: ille deſiderat tem poꝛalium bonoꝛum plenitudinē. Ille quidē vbiq; īuenire pōt ꝙ ꝓpt deū diligit: iſte nuſꝙ; appꝛehendere pōt bonoꝝ plenitudinem quā ſitit. Quis hoꝝ beatioꝛ: Item ecce alij duo: quoꝝ vnus odit huius mundi aduerſitatem: Alter aūt deteſtatur mundanā voluptatem. Sed vbi queſo vel ille hoſtē ſuum declinare poterit: vel iſte inimicum ſuū calcare nō poſ ſit: Quis hoꝛū felicioꝛ: Beatus inquit ſcrip tura qui poſt aurū nō abijt nec ſpera. in the. pecu. Et iterū. Beat⁹ vir: q̄ ſuffert tēptatōes qm̄ cū ꝓbatus fuerit acci. coꝛo. vite. Iſti ſunt gad ⁊ aſſer: quoꝝ pꝛioꝛ calcat mundanā glia; Alter ꝓpter deum libenter patitur mundi pſ ſuram. Ualde itaq; notandum ē ⁊ ꝓfunde re tinendum: ꝙ ſacra ſcriptura abſtinētie laboꝛē

non calamitatem ſed felicitatem appellare vo luit. Et patientie rigorem non miſerū ſed bea tum decreuit nomiare. Hoc autē breuiter hic cōmemorare volum⁹: q per gad: nō ſolū illā que in cibo ⁊ potu eſt abſtinētiam intelligere debem⁹: īmo per gad ⁊ aſer intelligimus oīs ſuperflue delectationis ⁊ cuiuſlibet corpora lis afflictiōis abſtinentiā vel patientiā: in om nibus que per quinqꝫ ſenſus carnem delectāt vel cruciant.

## Qꝫ ſenſualitatis appetitus nō tem peratur: ſi imaginatiōis euagatio nō reſtringit̄ ab exteriorib⁹. Ca. XXVII.

S Ed quando queſo lya ancillam ſuam viro ſuo traderet: vel tales filios ad optaret: niſi ſororis ſue exemplo pro uocata fuiſſet? Prius em̄ ſemper eſt vt ancil la rachel redigat̄ ſub viri poteſtate qꝫ ancilla lye. Si enim imaginationis euagatio que fit per inutiles cogitationes prius nō reprimit̄: abſqꝫ dubio ſenſualitatis appetitus īmodera tus minime tēperat̄. Qui igit̄ vult corpora lium voluptatuꝫ deſideria temperare: prius aſſueſcat carnales delitias nūqꝫ vel ſaltē raro cogitare. Profecto nāqꝫ quanto talia rarius cogitaueris: tanto rarius: tāto tepidi⁹ nimiꝝ

ea deſiderabis. Hec (ni fallor) eſt cauſa cur ſb virili dominio prior incuruet bala ꝗ̄ȝ zelpha. Patet nihilominus ꝙ de gad ⁊ aſer: abſtinē/tia videlicet ⁊ patientia nūꝗ̄ȝ adoptiuos fili/os ſibi faceret: niſi ſororis ſue rachel adopti/uam ſobolem aſſidue cerneret. Quis em̄ vn/ꝗ̄ȝ affectioni cordis poſſet perſuadere mundi huius ꝓſpera cōtemnere: ⁊ eius aduerſa non formidare: niſi ſuggerētibus dan ⁊ neptalim future vite tormēta vel p̄mia eterna: nō ſolū frequēter: imo pene indeſinēter cogeret aſpi/cere: Nūc aūt per aſſiduam cōſiderationem futuroꝝ maloꝝ facile ei perſuadet cōtemptꝰ p̄ſentiū bonoꝝ. Et iteꝝ ꝑ iugē ꝯtemplationē eterne felicitatis q̄nq̄ȝ inflāmat ad volūtariā tolerantiā p̄ſſure tꝑalis. Hoc eſt aūt (vt arbi/tror) cur dan ⁊ neptalim prius naſcant: vel cur gad ⁊ aſer poſterius generent.

## Quomodo per abſtinentiā ⁊ patientiam animus roboratur ad omnē obedlētiam. Capitulū. XXVIII.

n Atis itaq̄ȝ gad ⁊ aſer: iam tp̄us inſtat quo ruben mandragoras inueniat: ſi tñ eū foras exire nō pigeat. Sed cur eū velle exire dubitemus: quē iā ad exeundū

vel introeundum idoneū eſſe cognoſcimus? Credēdū eſt eñ eū poſt tot natoſ matris ſue: poſt tot liberos bale vel zelphe iam adultum ⁊ poſſe ⁊ velle ad patris ſui imperium exire ⁊ intrare. Sꝫ ſi per ruben: vt ſuperiꝰ dictū eſt: timorē dei accipimus: q̄d per eiꝰ introitū vel exitū accipere debemꝰ? Quid ē eñ eum vł intus eē vel foras exire? Ruben intus eſt quando in ſecreto cordis in conſpectu dei de noſtra cōſcientia trepidamꝰ. Tunc foras exit ruben qñ propter deū hominibꝰ etiam ꝑ ad omnē obedientiā inclinamꝰ. Timere itaq; deum propter ſeipſum: homines propter deum eſt ruben: nunc intus morari: nunc foris inueniri. Exit ergo ruben tēpore meſſis triticee: quādo ex imperio obediētie exercet ſe ī operibus iuſticie. Sed quādo putas ruben ad ꝑfectam obedientiam cōualeſceret: niſi eū gad et aſer: id eſt: amor abſtinentie ⁊ patientie: ad contemptū voluptatis ⁊ ad tolerantiā tribulationis animaſſꝫ? Duo enim ſunt que ſolent perfectionem obedientie prepedire: id eſt ne cogamur amata deſerere: vel aſpera tolerare Si aūt ſeł animꝰ amore abſtinētie vel patientie ꝑfecte incaluerit: protinus ruben ad omnē obedientiā abſq; vlla cōtradictiōe ſe ſubdit.

Qui enim tam aduerſa perpeti q̄ in proſpe-
ris non delectari apud ſemetipſum ſtatuit: q̄
difficultas eius obedientiam vlterius minue
re poterit? Si enim dura ⁊ aſpera queq̄ pro
dei amore etiā p memetipm̄ appeto: cur n̄ ma
gis hec adiuncta obedientia ad maioris me
riti gloriam tollero? Recte ergo poſt natum
gad et aſer ruben exire dicit: q̄ timor domi-
ni ex voluntaria abſtinentia ⁊ patiā ad omnē
obedientiam roborat.

## Quomodo ex abſtinentia: ⁊ patiē tia hūana lauſ ſurgat: ⁊ q̄ caute appe tit⁹ eius ſit temperandus: Ca. XXIX.

Sed quantus qualiſq̄ bone opinio
nis odor de ipō circunquaq̄ ſpargit
qui nulla moleſtia: nulla inopia a ſtu
dio obedientie p̄pedit. Hee ſunt mandrago-
re quas ruben inuenit: quas ab ipō lya mater
eius accipit. Quid enī p mādragoras q̄ odo-
rē ſuū ſolent late ſpergere: niſi bone opiniōis
famā debemus accipere. Quas quidem tunc
lya accipit: cū oblata laus affectū tangit: qn̄ i
laudis ſue preconijs animus afficit: ⁊ in ore
popularis fauoris pͦuerſe delectat. Harum
partem rachel petit: lya concedit: vt virū ac-
cipiat que ꝓlis deſiderio flagrat. Dentē ete

nī que ſuadente rōne appetitum humane lau-
dis nō tēperat: pfecto ad prolē virtutis ſan-
ctusſpiritus non fecundat. Un⁹ itaqꝫ ſpirit⁹ ē
qui vtranqꝫ ſororem prolis fecunditate di-
tat: qꝛ idē ꝛ rōnem ad veritatis cognitionem
illuminat: ꝛ affectionē ad virtutis amorē inflā
mat. Suadet ergo ratio affectiōi humani fa-
uoris appetitum ſub ſuo moderamine tēpa-
re: ſi ad multiplicandā virtutū prolem cupit
de diuini ſpiritus copula gaudere. Mandra
gorarum itaqꝫ poſſeſſio ſub rachelis ptāte
redigit: quādo laudis appetitus ſub rationis
dñio moderatur. Notandū ſane qꝫ tempera-
te rachel non mandragoras ſed mādragoraꝝ
partē petiſſe legitur. Nā nec hoc rōnem latet
valde eſſe difficile: vt anim⁹ qꝫuis renitens ex
oblata laude nō hilareſcat. Debet ḡ amor hu
mane laudis prius tēperari: poſtmodum etiā
ſi poſſet fieri debet penit⁹ abſcidi. Unde ē qꝫ
rachel partē mandragoraꝝ petijt: lya vo p⁹-
modum ad iacob loquēs nō de ſola pte gliat
Ad me inquit intrabis: Mercede eñ te cōdu
xi p mādragoris filij mei. Pro mādragoris
inquit nō p parte mādragoraꝝ filij mei. Ab
ſente adhuc viro vix lya partem concedit: ſed
in eius aduentu eius deſiderio vberi⁹ accen-
ſa nil ſibi vlterius ex eis reſeruare voluit. Sic

nimirum mens hominis dũ ſpũali dulcedine tangit: quicquid prius hũana laude cõcupie/ erat libenter obliuiſcit. In hunc modũ man/ dragore vtiliter de poſſeſſione lye redigun/ tur ſub rachelis poteſtate. Nouit rachelq̃ lya mandragoris melius vti. Naȝ quicquid affectio cordis vſurpat ad laudem ſui: ſane recti⁹ rõ retorquet ad gloriam dei.

## Unde maxie ſoleat laus ſurgere: ⁊ q vera laus ſit de recta voluntate: Ca. XXX.

Sed quid dicim⁹ eẽ q p̃ ceteris filijs lye: ruben bone opinionis mãdragoras potuit inuenire? Sed ſcim⁹ quia virtutum opera que ceteras nutriunt: pene ſẽ per humilitatẽ extiguũt. Solẽt enĩ que per gad ⁊ aſer fiunt: hoib⁹ miranda abſtinẽtie videlicet ⁊ patientie opa: operantẽ nõ timiduȝ ſed tumidum reddere: non tam humilẽ q̃ cõtumacẽ efficere. Quid igit ampli⁹ mirandũ: q̃d magl hoi laude p̃dicãdũ: q̃ cũ vnũ in alijſ ſepe extiguit: diui amor ⁊ reuerẽtia inde ñ minuit: ſȝ auget? Or g̊ ſolem⁹ ſinglari laude efferre: quẽ videm⁹ etiã p⁹ ꝟtutũ opa non ſolũ de dei ſ de hoĩm pua offenſa non parum trepidare. Recte ruben mãdragoras poſt natos

airtutes

gad ⁊ aſer inueniſſe dicit᷑: q̄ quelibȝ ex opib⁹ p̄claris ad timorē nō ad tumorē ꝑfeciſſe miramur. Notandū ſane ꝙ he de quibus locuti ſumus mādragore: nec poſt natos tot lye: nec poſt gemīos liberos bale: ſ; poſt natiuitatē filioꝝ zelphe ſtatim legunt᷑ inuente. Ad filios nāq; lye volūtates: ad filios bale cogitatōes: ad filios zelphe ꝑtinent actiones. Volūtates itaq; ſiue cogitatōes q̄uis rectas: quātūlibȝ vtiles: quō mirabimur: vel qn̄ laudabim⁹ q̄s minime videm⁹? Et q̄uis vera laus ſit de recta volūtate: eā tn̄ minime laudam⁹ niſi appareat in ope. Per opus em̄ bonū volūtas bona inoteſcit: vt iure bone opinionis laudē q̄ſi quaſdā late fragrantes mādragoras inuenire poſſit. Quaſi g° poſt partū zelphe proles lye mādragoras inuenire credit᷑: qn̄ volūtas bona ꝑ bonū opus manifeſtata miris laudū p̄conijs vndiq; honorat᷑.

## Quomodo virtutibus predictis muniat᷑ tam diſciplina cordis q̄ȝ corporis. Capitulū. xxxi.

Hec aūt de duaꝝ iſtaꝝ filijs ancillarū
h non negligēter p̄tereundū eſt: ſ; iugi
mēoria retinēdū: ꝙ ex eoꝝ vigilātia
vigiliq; cuſtodia: ꝯſcie nr̄e ciuitas mire cuſto

dit: multūq; ꝓtegit. Primogenit⁹ nāq; bale eā cōponit intrinſec⁹: ꝑmogenit⁹ vo zelphe munit eā extrinſec⁹. Per dan reꝑmunt mala intus exurgentia: p gad reꝑmunt mala exterius inſurgētia. Oēs nāq; ſcim⁹: q2 oīs tēptatio ſurgit aut interi⁹: aut exteri⁹. Interi⁹ p cogitatū: exteri⁹ p ſenſum. Mō em̄ p cogitationē int⁹ pulſat: mō de exteriorib⁹ p ſenſū irrūpere parat. Solet nimirū nūc inimic⁹ ab int⁹ miſtrare ꝯſilia erroris: nūc a foris admouere incitamēta voluptat⁹. Sed q2 ad dan ptinet diſciplina cogitationū: ad gad autem ſpectat diſciplina ſenſuum: debet vtiq; dan euigilare ad diſcretiōis iudiciū: gad dimicare fortiter p abſtinētie exercitiū. Uni⁹ eſt ſedare ciuilē diſcordiā: alteri⁹ ē repellere hoſtilē pugnā. Hic vigilat cōtra ciuiū ꝓditionē: ille cōtra hoſtiū incurſionē. Iſte cōtra perfidiā: ille cōtra violentiam. Dan nāq; negligēte mens facile decipitur: gad ſegnius agente ſubito ad turpez delectationē rapitur. Sed quid intereſt vtrū ciuitas cordis noſtri: an per vim: an p fraudē pereat? Utrū diſcordia ciuilis: an man⁹ hoſtilis eam ſubuertat?

**Q2 exterior diſciplina non valeat ſine interiori: ⁊ q diſciplina cogitationū abſq; diſciplina ſenſuū oino ob**

ſeruari nõ poſſit. Cap.XXXII.

Oc autez noſſe oportet: q2 diſciplina
b corpis abſq3 diſciplina cordis abſq3
dubio inutilis ē. Diſciplina vo cogi/
tationũ abſq3 diſciplina ſenſuũ oĩno obſerua
ri nõ põt. Unde ſatis cõſtat: q2 ſine adiutorio
gad: q̃ ↄ̃ exteriora vigilare debet: dan in cõpo
nēda ciuiũ pace intꝰ ĩanit laborat. Quid em̃
iuuat iudicãte dan pplm ſuũ aſſidue cauſã diſ/
cordie ãputare: niſi ſtudeat gad p portas ſen/
ſuũ irritamēta vitiorꝝ: quēdã videlicet q̃ſi ho/
ſtilem exercitũ nõ admittere? Q2uis em̃ dan
aſſidue in throno iudicij reſideat: q̃uis rixas
alternãtiũ cogitationũ indeſinēter cõponat:
fruſtra tñ vtiq3 ĩ obſeruãda ciuiũ ↄcordia de/
ſudat: niſi eodē ſtudio gad ciuitatē nr̃az p ſen
ſuũ diſciplinã muniat: ⁊ hoſtilia vitiorꝝ agmi
na abſtinētie p̃lio acriter feriat. Uñ etiã ſcri/
ptũ eſt: Gad accinctꝰ p̃liabit̃ añ eũ. Tũc em̃
vtiliter dan ↄtra pditorꝝ pfidiã intrinſecꝰ vi/
gilat: cũ gad extrĩſecꝰ occurſantes hoſtes ex/
cludit ⁊ expugnat. Prius itaq3 gad accingit̃:
vt poſtmodũ fortit̃ prelieṫ. Gad pculdubio
ſe tũc accingit: qñ ſenſuũ diſſolutiõez p diſci/
plinã r̃ſtrĩgit. Tũc gad forti p̃lio dimicat: qñ
deſideria carnalia p carnis mortificatõz truci
dat. Mag̃ nãq3 hoſtiũ ſtrages efficit̃: citiuſq3

odioſus ille vitioꝝ exercitus in fugam cõuer-
titur: cum ſenſus corporis per diſciplinā ab
euagatõne reſtringiť: et appetitus carnis per
abſtinentiã a voluptate refrenať. In hũc ita-
q; modũ vt omnes experiri poſſumus: dan
ciuitatẽ noſtrã cõponit intrinſecus: gad mu-
nit extrinſecus.

## Quomodo in cordis cuſtodia viciſſim ſibi predicte virtutes cooperẽtur. Capitulũ. XXXIII.

Aſſiſtunt aũt et eis fratres ſui non ſe-
a gnes quidem ad auxilia ferenda. Ne-
ptalim intus cū dan in ciuium pace
cõponenda: Aſer exteriꝰ cum gad in violẽtia
hoſtiũ expugnanda. Gad itaq; ⁊ aſer vigilãt
cõtra hoſtes: dan ⁊ neptalim ſolliciti ſunt cir-
ca ciues. Hinc ergo dan minatur: illinc neptalim
blanditur. Dan terret minis: neptalim fouet
ꝑmiſſis. Ille punit malos: iſte remunerat bo
nos. Unus terrore gehenne corda perterret:
alter ſpe eterne felicitatis animos demulcet.
Quãtum ergo putas neptalim iſte dans elo-
quia pulchritudinis: fratrẽ ſuum in tali nego
cio adiuuat: qui aĩos auditoꝝ dulcedine elo-
quij ſui pene abſq; mora quo vult ĩclinat: Adiu
uat ⁊ aſer exterius nihilominus fratrẽ ſuum:

muniuntq̄ ambo ciuitatē cōtra hoſtiū incur/ ſum. Hic latuſ vnum protegit: ille alteruȝ de/ fendit. Gad certat in dextro: aſer dimicat ī ſi/ niſtro. Gad inſidiatˀ mundi huius ꝓſperitaſ: aſer vero proſequitˀ mūdana aduerſitas. Sȝ aſer hoſti ſuo facile illudit: dum partem quaȝ tuetur alta patientie rupe munitā cōſpicit: et idcirco d̄ tuto ſtatiōis loco hoſtes ſuos tā ia/ niter q̄ ab imo reluctantes deſpicit ⁊ deridet vnde fit vt eum hoſtes ſui non tam vexant: q̄ triumphādi aſſidue materiaȝ miniſtrāt. Hic eſt q̄ ſpretis ſuiſ impugnatoribus mundanis videlicet aduerſitatibus in fratris ſui perſecu tores: id eſt: carnales delectationes totꝰ effer tur: ⁊ eos magna animaduerſione perſequitˀ. Tantus autem terror impugnatores gad ſu/ bito inuadit: cū ſe aſer in prelio ſuo adiungit: vti omneſ abſq̄ mora ad fugaȝ ſe conuertāt. Cuȝ nec ad horā quidē viciſſim ſibi fratribꝰ auxiliū ferentibus reſiſtere audeant: veri vti/ q̄ hoſtes anime carnales ſunt delectationes. Sȝ quis queſo locus praue delectationi īter tormenta relinquitur: que iſte noſter aſer pro pter deū: nō ſolū patiēt ferre ſed etiā ardēter appetere cōprobatur? O quā recte aſer: beatꝰ dicitur ſecundum illam domini ſententiam: Beati qui perſecutioneȝ patiūtˀ ꝑ iuſticiā.

## Qꝛ perfectam patientiam ſemper comitatꝛ miſericoꝛdia: Ca. XXXIIII.

q Uis illud dñicum pꝛeceptum: dimittite ⁊ dimitteꝛ vobis: tam magnifice implere potuit? Quis tam facile illatas ſibi iniurias ignoſcere valuit: ꝙ qui d coꝛpoꝛis ſui cruciatibus exultare magis ꝙ contriſtari didicit. Cur enī inimicos nō diligat: Cur eis nō libenter indulgeat: cui hoc inferꝛ qd deſiderat? Magis aūt ꝙ ſuo coꝛpoꝛi etiā miſeretur perſecutoꝛibus: vt ſit iteꝝ atq iterum beatus. Beati miſericoꝛdes: qm̄ ipſi miſericoꝛdiā cōſequunꝛ. O virum glorioſum: o tibi quaterq beatū. Beat⁹ ꝓpter iuſticie eſuriem: beatus ꝓpter voluntariā paſſionē: beatus pꝛopter manſuetudinē: beatus pꝛopꝛ miſericoꝛdie cōpaſſionem. Sicut eni3 beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſticiā: ſicut beati qui perſecutionē patiunꝛ pꝛopter ipſa3: ſic nihilominus beati mites: beati miſericoꝛdes. Et h̄ noſter aſer vt ſit veraciter multipliciterq beatus: iuſticiā ardenter ſitiens: pꝛopter ipſa3 libenter patitur. Neſciens iraſci: facile miſereꝛ Quāuis em̄ multū eſuriat panē iuſticie dedignaꝛ eum comedere: niſi ſit ꝯſperſus oleo miſericoꝛdie. Ex m̄lta eteni diuitiaꝝ affluētia q̄ ſibi ſupabundant: ex ſpolijs hoſtium pꝛo fre

quenti victoria: multum eſt delicatuſ affect⁹: nec iā ſapit ei panis vllus q̄ʒtūlibet nitid⁹: niſi ſit oleo conſperſus: intm̄ vt ſcriptura de eo manifeſtē ꝓnunciet dicēs: Quia aſer pinguiſ panis eius ꝛ prebebit delicias regibus: vt veraciter poſſit pſallere: In via teſtimoīoꝝ tuorum delectatus ſum ſicut in oībus diuitijs.

## Commendatio perfecte patientie: Ca. XXXV.

q Uantum nanq̄ʒ putas aſer iſte abūdat diuitijs ſpiritualiū donoꝝ ſiue cōſolationum: quātūue affluit delitijs ſpiritualium gaudioꝝ cuius delitias q̄libet aduerſitas nō tam minuere q̄ʒ augere ſolet: cuius delicias q̄uis tormentuʒ nec ſaltē interpolare valet: Nam quanto durius ꝑmitur exterius: tanto delectabili⁹ gliat̄ interi⁹. Hee ſunt ille delitie: quas tm̄ ſitiunt: q̄s tam gratanter accipiunt. Nō dico paupes ꝛ ignobiles: ſed magis iſpi reges ꝛ principes. Mentioꝛ ſi hec de ipſo ſcriptura non loquit̄. Aſer inquit pinguis panis eius: ꝛ prebebit delitias regibus. Q̄ꝛ em̄ putamus ſuauit̄ paſcūt̄: q̄ʒ mirabiliter credimus delectantur: nō quilibet reges: ſed illi vtiq̄ʒ veri reges: quibus illē rex regum ꝛ dominus dominantiuʒ reſtituit imperiū coꝛpis ſui: ꝛ quib⁹ diſtribuit regnuʒ

patris ſui. Talibus inquã regib⁹ ꝗ̃ dulce: ꝗ̃ putamus delectabile ſit: ꝗ̃ intime eis ſapit: cum videant hominem iuſticie amore tormẽta nõ timere: ꝛ inter ꝑſecutiões pacem cordis animiq; trãquillitatẽ non amittere. Si enim gaudiũ eſt in celo ſuper vno peccatore penitẽtiã agente: quãta tunc ſolennitas erit ſuper q̊libet iuſto libenter ꝓ iuſticia moriente? Uere aſer pĩguis pãis ꝛ ꝑbebit regib⁹ delicias. O q̃l' pãis: pãis ei⁹. O q̃les delitie ei⁹: q̃ tm̃ ſapiunt talib⁹ regib⁹? Certe reges iſti iã ad nuptias agni introiert̃. Jaʒ ad illõ eternũ cõuiuiũ ſedert̃. Jã illo ãgeloꝝ pane eterniſq; delitijs veſcuntur. Jam torrente voluptatis inebriãtur: ꝛ adhuc hui⁹ aſer delicias inſaciabilit̃ eſuriunt: ꝛ vſq; hodie eſurientes ꝛ ſitientes iuſticiã in tãta celeſtiũ gaudioꝝ abũdãtia: hãc ſuã famem vel ſitim ſedare nõ poſſunt: aſer pinguis pãis ei⁹: ꝛ prebe. deli. regi. Q̃ putas largus eſſe põt in neceſſitates pauperũ: cui ſuꝑabũdat pare delicias regũ? Quãtũ putas mirant̃ ꝗ̃tũue ĝtulant̃ in ei⁹ cõſtãtia quos viuẽtes in valle lachrymarum adhuc premit infirmitas ſua: ſi tm̃ delectant̃ in eius operib⁹ illi quos etiaʒ iam abſorbuit felicitas illa eterna aſer pinguis panis eiuſ: ꝛ prebe. deli. regi. Et

vñ ei tanta diuitiarum abundãtia: tanta de/
litiarum copia: niſi vt dictum eſt de hoſtium
ſpolijs in tam frequẽti victoria? Conſtat nã/
qꝫ quia quãto amplius atterunt hoſtes iuſti
cie: tanto vberius cumulant gaudia conſcien
tie. Gloria ⁊ diuitie in domo ei⁹: ait pſal. Et
apoſtol⁹ de huiuſmodi gloria vel diuitijs q̃ſi
exponẽdo loquit ita: Glia nr̃a h̃ eſt teſtimo/
niũ ↄſcie noſtre. Hec eſt dom⁹ vl ciuitas illa:
cõſciẽtia videlicet nr̃a: in qua ſpũaliũ bonoꝝ
diuitie abundãt: cũ eam p̄dictaꝝ ancillaꝝ filij
vigili ſollicitudine cuſtodiãt: Dan videlicet ⁊
neptalim ſatagẽtib⁹ in ↄfirmãda pace ciuiũ.
Gad ⁊ aſer viriliter agẽtib⁹ ĩ expugnatõe ho
ſtiũ. Hoꝝ nãqꝫ prudẽtia ciues pacificant: il/
loꝝ cõſtantia hoſtes expugnant.

## Quomodo vel quo ordine oriat verũ ⁊ pfectũ gaudiũ. Ca.XXXVI.

Hoſtibus itaqꝫ fugatl: ciuibuſqꝫ paci/
ficatis: nil iaȝ obſtat (vt arbitror) q̇n
illa ciuitas noſtra experiat que ſit il/
la pax dei q̃ exupat omnẽ ſenſuȝ: vel q̄ꝫ ſit ma/
gna multitudo dulcedinis quã abſcõdit deus
diligẽtibus ſe. Abſcondit inquit. Quid ergo
mirũ ſi illam dulcedinẽ quilibet amator mũ/
di neſciat: quam deus diligentibus ſe abſcon
dit? Qui enim in falſis et deceptorijs bonis

ſpem figūt: q̄ ſint vera bona inuenire nō poſſunt. Vn̄ eſt qḋ dicūt: Quis oſ̄dit nobis bona? Eſt em̄ m̄āna abſconditū: ⁊ non guſtantibus oīno incognitū. Eſt nāq̧ hmōi dulcedo: dulcedo cordis ⁊ nō carnis: vnde nec eam cognoſcere pōt quilibet carnaliſ. Dediſti inquit leticiam in corde meo. Corporales delitie ſicut ⁊ ip̄m corpus corporeo oculo videri poſſunt: delicias cordis ſicut nec ipſum cor oculi carnales videre nequeūt. Qua ḡ ratione cognoſcat ſpirituales delitias: niſi quiſ ad cor ſuū intrare et intus habitare non diſſimulat? Unde ei dicit: Intra in gaudiuȝ domini tui. Hoc itaq̧ internum gaudium ſpiritualis illa dulcedo que intus ſentitur: eſt ille filius lye: qui ei quinto loco naſcitur. Eſt enim gaudiuȝ vt ſuperius iam diximus: vnus de principalibus affectibus. Hic autē cum ordinatus eſt recte inter filios iacob ⁊ lye annumerari pōt. Ordinatum autē gaudium et verum veraciter tūc habem⁹: quādo de veris ⁊ internis bonis gaudem⁹. Ad talis ꝓlis deſideriū ap̄lus nos aīare voluit cum dixit: Gaudete ī domino ſemꝑ: iterum dico gaudete. Et porpheta: Letamini ī domino ⁊ exultate iuſti. Pro tali prole lya libenter mandragoras contempſit: vt talem filium habere poſſet. Mens etenim

que ĩ laude hoĩm delectat: quid ſit internum gaudiũ experiri nõ meret. Recte aũt poſt natiuitatẽ gad et aſer: lya talẽ filiũ genuit: q2 niſi p abſtinentiã ⁊ patientiã mens hũana ad verũ gaudiũ nõ ptingit. Oportet ẽ nõ ſolũ falſam delectationẽ ſ etiã vanã pturbationẽ excludere q̇ vult de veritate gaudere. Qui eniʒ in infimis adhuc delectat: interna vtiq3 iocũditate indignus eſt: ⁊ q̇ vano timore pturbat: ſpũali dulcedĩe pfrui nõ põt. Falſã leticiã veritas dãnabat cũ dicebat: Ve vob̃ q̇ nũc ridetis. Vanã pturbationẽ extirpabat: cũ auditores ſuos admonebat: Nolite timere eos q̇ occidunt corp⁹: aĩa3 aũt nõ pñt occidere. Hoꝝ aũt vnũ abſtinẽdo ſupamus: alterũ patiẽdo calcam⁹. Per gad itaq3 extirpat falſa delectatio: p aſer xͦo vana pturbatio. Iſti ſunt gad ⁊ aſer q̇ excludũt gaudiũ falſũ: ⁊ introducũt verũ gaudiũ. Iã (vt eſtimo) nulla erit deinceps q̃ſtio: cur h̃ talis fili⁹ iſachar dicat: Siquidẽ iſachar merces ĩterp̃tat. Quid em̃ aliđ tot tãtiſq3 laborib⁹ q̃rim⁹: q̇d inq3 aliđ q̃3 veꝝ gaudiũ tam pſeuerãti lõganimitate expectam⁹: Hui⁹ mercedis totiẽs q̃ſi quaſdã p̃mitias et velut arrã quãdã accipim⁹: quotiens ad illud internum noſtri domini gaudiũ intram⁹ ⁊ ex aliqua parte guſtamus.

## Compatio exterioris et interioris dulcedinis. Capi. XXXVII.

Hanc aũt interne dulcedinis degusta-
b tionẽ: ſacra ſcriptura: nũc guſtũ: nũc
ebrietatẽ vocat: vt q̃ꝫ ſit parua vł magna oñdat. Parua quidẽ ad cõpationẽ future plenitudinis: magna aũt in compatiõe cuiuſlibet mũdane iocũditatis. Preſens etenĩ ſpũaliũ viroꝝ delectatio future vite gaudijs cõpata: quãtũlibet excreſcẽs inuenit̃ parua. In cuiꝰ tñ cõpatione oĩs exterioꝝ delectationũ ſuauitas ẽ nulla. O dulcedo mirãda: o dulcedo tã magna: dulcedo tã pua. Quõ nõ magna que mũdanã oẽm excedis: Quõ nõ parua q̃ de illa plenitudine vix ſtillã modicã decerpis: Modicũ quiddã ó tãto felicitatis pelago mẽtibꝰ inſtillas: mentẽ tñ quã infundis plene inebrias: merito tantillũ de tanto guſtꝰ quidã dicit̃. Merito nihilominꝰ q̃ mentẽ a ſe ip̃a alienat ebrietas noĩat̃. Guſtꝰ ḡ eſt ⁊ ebrietas iure dici põt. Guſtate inq̃t ꝓpħa ⁊ videte qm̃ ſuauis ẽ dñs. ⁊ petrꝰ apł's: Si tñ guſtaſtı̃ qm̃ dulcis eſt dñs. Et de ebrietate idẽ ꝓpħa: Viſitaſti terrã ⁊ inebriaſti eam. Audi hominez hac ebrietate madentẽ: ⁊ q̃d circa ſe agat̃ omnino ignorantem: Siue in corpore inquit ſiue extra corpus neſcio; deꝰ ſcit. Quomodo

putas inebriatus erat: quõ mũdus ei in obli-
uionẽ venerat: qui ſeipm neſciebat:

## Quid ſoleat impedire illud internũ gaudiũ. Capi.XXXVIII.

Ac itaq dulcedine inebriari nõ me-
b rent: q̃ adhuc carnaliũ deſideriorum flu-
ctibus agitant. Uiſitaſti inqt terrã et
inebriaſti eã. Quid putas cauſe eſt q̃ ſolã trã
dñs dicit inebriaſſe: cur non etiã mare: Sed
ſcim⁹ qr mẽs q̃ p varia deſideria fluctuat: quã
adhuc ſeculariũ curarum pcella exagitat: ad
illud internũ gaudiũ nõ admittit: et illo torrẽ-
te voluptatis nõ potat: quãto min⁹ inebriat.
Scim⁹: qr mare ſp fluctuat: terra aũt in eter-
nũ ſtat. Sic et cetera elemẽta ſp in motu ſũt: et
ſola terra ſtãte: cetera ſtare neſciũt. Quid g̊ p
terrã niſi fixã cordis ſtabilitatẽ debem⁹ acci-
pere: Debet g̊ fluctuatões cordis reſtrigere:
et ad vnius veri gaudij deſideriũ cogitationũ
affectionũq mot⁹ colligere: q̃ ſe cupit vł cre-
dit illo vere ſobrietatis poculo inebriandũ fo
re. Hec ẽ illa ve beata tra: mẽtis videlicet ſta
bilitas trãquilla: qñ mẽs i ſeipa tota colligit:
et i vno etnitat deſiderio imobilit figit. Hec
eſt illa tra quã veritas pmittebat cũ dicebat:
Beati mites qm̃ ipſi poſſidebũt trã. Hec eſt
illa terra de q̃ pſalmiſta pmittẽs admonebat:

ꝛ admonẽs ꝓmittebat: Inhabita inqͭ terrã ꝛ paſceris i diuitijs ei⁹. Hec ẽ illa ťra quã iſte iſachar aſin⁹ fortis vidit ꝛ ꝯcupiuit: ꝛ in eius cõcupiſcẽtias mirabiliť exarſit. Iſachar inqͭ aſin⁹ fortis habitãs inť termĩos: vidit requiẽ ꝙ eẽt bona ꝛ terrã ꝙ eſſet optima: ꝛ ſuppoſuit humerũ ſuũ ad portãdũ: ꝛ fact⁹ eſt tribut ſeruiens. Oportet ergo ꝛ nos de terra ad terrã trãſire: de aliena terra ad terrã ꝓpriã: de exilio ad patriam: de gente ad gentẽ: ꝛ de regno ad populum alterũ: de terra morientiũ ad terrã viuentiũ: ſi volumus experiendo noſſe verum ꝛ internum gaudiũ. Cõcupiſcam⁹ ꝛ nos terram illã quã iſte iſachar vidit ꝛ cõcupiuit. Si enim nõ vidiſſet non cognouiſſet: ꝛ ſi non cognouiſſet non cõcupiſſet.

## Quomodo interna dulcedo ſoleat animum ꝛ ad fortia roborare ꝛ ad humiliora inclinare. Ca. XXXIX.

Pro hac terra aſinus factus: ꝛ fortis effectus: libenter ſupponit humerum ſuum ad portandũ: et factus ẽ tributis ſeruiẽs. Multum ſibi ꝓfecto viluerat qui ſe aſinum animal videlicꝫ pene pre ceteris vilius reputabat. Multũ concupiuit terrã quã vidit pro qua ad omnẽ laborem fortis perdu

rauit. Viderat ſane q ad pulchritudinē illius terre: oēs iuſticie noſtre quaſi pannus menſtruate. Viderat nihilominus q nō ſūt cōdigne paſſionēs hui⁹ tēporis ad fu.gl'. que re.in nobis. In vno igitur ſibi vilis: in altero fort' effectus. De vno humiliat⁹: de altero roboratus: fortitudinis ſue humerū ad omnem laborem libenter inclinauit: ꝛ in acquirenda diuina gloria nō ſua: vero regi dignū tributum perſoluit. Vultis autē audire ꝛ alterū ſibi ſilē ronē viluiſſe: ꝛ ad omnē nihilominus laborez cōualuiſſe: vt iumentū inquit factus ſum apđ te: ꝛ alias propter te inquit mortificamur tota die. Ecce q̄ʒ vilis: ecce q̄ʒ fortis: vilis vt iumentum: fortis ad ſe mortificandum. Iſachar aſinus fortis habitās intra termios: vi. re. q eſ. bo. ꝛ ter. q eſſet op. Pene ğ nō plene hanc morientium terrā deſeruerat: pene non plene illam viuentiū terram apprehenderat qui inter terminos habitabat: quia viliſſimis: quia pauciſſimis huiuſ vite bonis cōtentus erat: huius terre miſer extrema tenebat: qꝛ per frequētes mentis exceſſus perhennis vite bona pguſtabat: illius beate terre inicia tangebat. Iſachar aſinus fortis hītabat īter terminos quia huius vite bona ad neceſſitatē nō reſpuebat: hanc terraʒ penitus nō deſerebat: quia

nouiſſima

q: future vite nõ niſi q̃dã cape poterat. Illaȝ nõ oĩno apprehẽdebat. Et idcirco int̃ t̃mĩos habitabat. Iſtã tollerabat ad neceſſitatẽ: illã cupiebat ad iocũditatẽ: ⁊ idcirco inter t̃mĩos hitabat. Satagebat iſtã penit⁹ deſerẽ nec poterat: ambiebat ĩ illã tot⁹ intrare nec poterat. Fecĩ q̊ qđ potuit int̃ t̃mĩos habitabat. Quotidie ad illã nitebat̃: q̃tidie ad iſtã relabebat̃: ⁊ ĩ hunc modũ inter termĩos morabat̃: iſachar aſinus fortis habitabat inter terminos terre vidit requiẽ q̄ eſſet bona ⁊ terrã q̄ eẽt optĩa. Quid ergo mirum q̄ eã vidit qui in eius confinio habitauit? Quid inquã mirũ q̄ eã vidit ⁊ viſam cognouit: q̄ cognitã cõcupiuit: ⁊ idcirco ſuppoſuit humerũ ſuũ ad portandum: ⁊ fact⁹ ẽ tributis ſeruiẽs. Vidit inquit requiem q̄ eẽt bona. Requies ergo ibi ẽ. Si enim ibi nõ eſſet eam minime ibi vidiſſet: ⁊ ſi bona nõ eſſet propter eã humeꝝ ſuum ad portandum mĩme ſuppoſuiſſet. Manſueti aũt ait ꝓpheta inhabitabunt terrã ⁊ delectabunt̃ in multitudine pacis. Ecce qual' terra: pax ibi ẽ: requies ibi ẽ: pax plena: requies bona: pax q̃eta: quies pacifica. Vidit requiẽ q̄ eẽt bona: ⁊ terrã q̄ eẽt optima. In illa labor nõ ẽ: ſed ad illam ſñ labore ꝑueniri nõ põt. ꝓpt̃ ipſã laborat̃: ſ; ĩ ipſa labor nõ ĩuenit̃. Extra hãc terraȝ non inuenit̃ requies vera: nullus penitus labor in

 labor

uenitur in hac terra. Duo ſunt terra ꝛ requi-
es: duo ↄtra duo: duo bona ↄtra duo mala:
duo ſunt magna mala: ſcꝫ miſeria ꝛ cõcupiſcē
tia: pena ꝛ culpa. Duo magna bona: trãquil-
litas ꝛ ſtabilitas. Cõtra miſeriã mentis tran-
quillitas: ꝛ contra cõcupiſcentiã cordis ſtabi
litaſ. Nullã moleſtiã ſentire ē bñ requieſcere:
nullis cõcupiſcētie fluctibus agitari: ꝓculdu
bio iã ē ī t̃ra morari: in tali terra: taliſ requies
Mens q̄ ad internũ gaudiũ nõdũ colligitur:
que ſit vera requies mīme expit̃. Ue mihi mi
ſero qui vſqꝫ hodie viuo vagus ꝛ ꝓfug⁹ ſuper
terrã. Uagus ſequēdo cõcupiſcētiã: ꝓfugus
dedignando miſeriã. Concupiſcētia me facit
vagũ: miſeria efficit ꝓfugũ. Sꝫ deē ꝙ cõcu-
piſcã: vbiqꝫ īuenit̃ ꝙ fugiã. ꝑfecto terra mala
terra miſerie: terra talis: in q̄ talit̃ viuit̃: ter-
ra miſerie ꝛ tenebꝛaꝝ vbi vmbꝛa moꝛtis ꝛ nul
lus oꝛdo. Eſt ꝓculdubio terra talis nõ ſtabili-
tas coꝛdis: ſ; duricia ꝛ inſenſibilitas mentis.
ſ; ſpũs tu⁹ dñe deducet me ī t̃rã rectã: ꝛ q̄lem
deniqꝫ iſachar vidit ꝛ ↄcupiuit: eo ꝙ eēt ibi re
q̄es bona ꝛ t̃ra iꝑa optīa. O felicē q̄ potuit vl̃
ad hoꝛã maloꝝ oīm obliuiſci: ꝛ illa int̃na pa-
ce vl̃ req̄e ſaltē ad modicũ potiri. Felicē nihil
ominus cui datũ eſt diſperſiões coꝛdis ī vnũ
colligere: ꝛ ī illo vere felicitatis fonte deſideri
um figere. Illõ vtiqꝫ bonũ: verũtñ h̃ optimũ

at adest

iuxta q̄ iſachar vidit: requiem: q̄ eēt bona: ⁊ terrā q̄ eēt optima: quia bonū quidē eſt longe eſſe ab omni malo. Multo tamē meliꝰ imo optimū inheſiſſe ſūmo bono. ¶Nouit hec iſachar: ⁊ idcirco a tali t̄ra lōgiꝰ diſcedere nolebat: ſ; habitans int̄ terminos ı̄ eiꝰ vicinio manebat: cupiens ⁊ ambiens eam raptim q̄dem ⁊ furtim per raros ſaltem excurſus tangere: ſ; ⁊ de illius terre fructibus frequētius comedere. Eſt enim vt noſce poteſtis fructus terre illius ſublimis: fructus mirabilis: fructus ſingularis. Huius ſiquidem terre fructibꝰ mēs hominis ſepius ſaciata ⁊ aliquatenus impinguata: mirandā ſubito contra om̄ia pericula fortitudinē; accipit. In tantum mox ad omnium vitiorum odium cōualeſcit: vt parum iam ei ſit nullum in ſeipſo per cōſenſum recipere: niſi ſtudeat eam etiā in alijs viriliter perſeq̄: ⁊ forti animaduerſione percutere.

## Quomodo vel quo ordine naſcatur in nobis odium vitiorum: Ca. XL

Fit ergo mox tam fortis contra om̄e periculum: q̄; ferox hoſtis viciorum omniū. Hinc ē q̄ poſt iſachar zabulon naſcitur: qui habitaculum fortitudinis in

terpretatur. Quid per zabulon niſi odium vi
tiorum: odiū bonum: odiū ordinatū. Hūc ꝑ
culdubio in nobis affectuȝ ꝓpheta ordinare
cupiebat cum dixit: Iraſcimini ⁊ nolite pec/
care. Quid eſt enim iraſcendo non peccare: et
nō peccando iraſci: niſi homines vtiliter non
ad oculum amādo eoꝝ vitijs indignari: Hūc
habere ſe filium idē ꝓpheta ſignificabat cuȝ
alias dixit: Perfecto odio oderā illos: ⁊ alibi
Omnē viā iniquā odio habui. Hic ē ille egre
gius dei miles qui bella dei preliari nō ceſſat
⁊ quē vſitato vocabulo ſacra ſcriptura: Zelū
dñi: vel zelū rectitudinis appellat. Zelꝰ domꝰ
tue cōedit me ⁊ opprobria exꝓbrātiū tibi ceci
derūt ſup me. Et iteꝝ. Tabeſcē me fec̄ zelꝰ meꝰ
qꝛ obliti ſunt verba tua ⁊c̄. ⁊ alias. Zelo zela/
tus ſū ꝓpter dñm: Et phinees zelauit zelū do
mini: ⁊ accepit ſacerdotiū eternū. Sed vnde
iſtis putas fortitudo tāta: ⁊ tā mira cōſtantia:
Helyas ſolus contra cētū quinquaginta pro
phetas īſurrexit. phinees ſolꝰ caſtra madiani
tarum irrūpens: adulterātes gladio trāſuer/
berauit. Ecce quantum roboris accipiūt: ec/
ce q̄ȝ fortes fiunt: qui de illius terre fructibus
comedunt: qui ſe interna ſuauitate reficiunt.
Recte ergo poſt iſachar qui merces interꝑ/
tatur: Zabulon: id eſt habitaculū fortitudis

naſcit̃: q̄ʒ poſt deguſtatam interne retributio nis dulcedinē: animus ↄtra tēptationū argumenta mirabiliter roborat̃: ſubito ſua pericula ꝑuipendens dn̄i iniurias fortiter vlciſcitur. Hinc ē ꝙ moyſes ille mitiſſim⁹ oīm qui morabant̃ in terra poſt quadraginta dieꝝ ieiunium ſpūaliū deliciaꝝ refectus ſacietate mirifica in tātuʒ ſubito zelū cōtra fabricatores idoli exarſit: vt adiunctis ſibi qui dn̄i erāt: ꝑ medium caſtroꝝ: de porta ad portā ꝑcutiēdo tranſirēt: ⁊ hominū ꝓuaricatoꝝ tria milia ī mortem proſternerēt. Sic poſt iſachar zabulō naſcitur: quia ꝑ interne dulcedinis deguſtatōeʒ odiū vitiorum generat̃: ⁊ vere fortitudinis robur acquiritur. Iſte eſt zabulon qui iraſcēdo iram dei placare cōſueuit: qui pie ſeuiēdo dn̄i hominū vitia ꝑcutit: eis quaſi non parcendo melius ꝑcit: abſq̧ dubio nihil ſic placet deo: nihil ſic placat deum quō zelus animarū.

## Q̄ſ ſit rarum ex vero vitiorum odio zelum rectitudinis habere: Ca. XLI

O multi multas ceteraꝝ virtutū ꝓles ex gratia dei mente conceperunt ⁊ de ſe genuerūt: qui hūc filiū habere nō potuerūt: q̄ȝ multos hodie videm⁹ ſpi

ritu pauperes:ſpe gaudentes: charitate fer/
uentes:multũ abſtinentes :admodũ patien/
tes:ad zelum tñ animaꝝ nimis tepidos mul/
tumq; torpẽtes. Alij quaſi ob cuſtodiam hu
militatis delinquẽtes increpare nõ poſſunt: at pſumunt
alij ne charitatem fraternã videant̃ cõturba/
re peccantes arguere metuũt:ſicut alij alijs:
atq; alijs adhuc modis qui zelare pro domio
nolunt virtutis hoc eẽ fingunt: vel virtutẽ eẽ
credũt. Ecõtra multi q̃ abſq; dubio agunt in
ſpũ furoris:agere ſe arbitrant̃ zelo fortitudi/ at rectitudinis
nis:ꝫ que veraciter exequũtur odio hominũ
exercere ſe putant vel ſimulant odio vitiorũ.
Sed q̃ſo interrogẽt qui eiuſmodi ſunt:qui za
bulon iã genuiſſe ſe credũt:ſeipſos queſo ĩter
rogent: vtrũ in veritate diligant quos quaſi
inſtigante zabulon tam acerbe caſtigãt:forte
adhuc que ſint ille delicie ꝑ experientiã ſcire
minime potuerũt. Ad quas eos q̊s arguunt
vel flagellãt ſuis inuitare flagellis ꝫ increpati
onibꝰ videri volunt. Illi enĩ potiꝰ pietate q̃
crudelitate delinquentes increpare credendi
ſunt:qui interna illa gaudia ad que eos tot do
loribus inuitãt ꝑ experientiã nouerunt. Iu/
dam ꝫ iſachar prius q̃ zabulon lyam pepiſſe
legimus:ꝫ ꝑ iudã charitatẽ:ꝑ iſachar ſpũaliũ
gaudioꝝ expientiã ſignificari iam diximus.

Prius iudam & iſachar naſci neceſſe e: q̄ȝ zabulon: quoniā mens que charitatis & interne ſuauitatis adhuc expers eſt: rectitudinis normam in ſuo zelo ſeruare minime poteſt. Charitas enī docet qualiter tractare oportet quos zabulon caſtigat. Spiritualiū noticia docet: que ſit illa ſuauitas ad quā inuitant̄: vel etiaȝ cōpellunt̄: quibus exterior iocunditas carnalis videlicet interciditur. p q̄ ſepe zabulō vrgēte durius arguuntur. Judas itaq̄ȝ docere debet modū: iſachar autē cauſam correctionis: vt moderante iuda: fiat in ſpiritu lenitatis. yſachar ſuggerente fiat nihilominus cauſa vtilitatis. Utilitatem tamē eorum nō ſuam zabulon querat: vt qui delinquentes ferit: ad vtilitatem faciat nō ad vindictam.

## Qr ſit officiū veri zelatoris: Ca. XLII

Debet autē zabulon nō ſolū delinquētes corripere: ſed eos etiā tēpore tribulationis cōtra perſequentes defenſare. Alioquin verus zelus nō eſt: nec zabulō veraciter dici poteſt: ſi paratior ē ad feriēduȝ q̄ȝ ad ptegendū. Non enī fruſtra iſte ſextus: id eſt: nouiſſimus filior lye habitaculū fortitudinis dicit̄. Nam zabulon (vt ſuperi⁹ dictū eſt) habitaculū fortitudinis interptatur. Uides quomō domus inhabitantes quos & ſu

perius ꝓtegit: ⁊ ab omni pte cingit: ⁊ tamen niſi fortiter munita ſit ⁊ firmiter habitaculuꝫ fortitudinis non erit. Sic nimirum ſic pfect⁹ zelus vt zabulon iure poſſit dici: imo veraciter eſſe debet infirmiores contra aereas poteſtates doctrina ⁊ oratione ꝓtegere: et contra mundana picula vndiqꝫ munire: et in vtroqꝫ non ſolum infatigabilis ſed etiaꝫ inſupabilis pſeuerare. Vigilare ergo oportet hinc cõtra inſidias diaboli: illinc contra preſſuras mundi. Proculdubio quiſquis es ĩ vtroqꝫ fortis: habitaculũ es fortitudinis et digne zabulon dici mereris. Debet ergo zabulon ſp promptior: imo paratior eſſe ad mala fereda q̃ȝ ad mala inferenda. Et qꝛ habet neceſſe quãdoqꝫ pro culpa ſubiectis iraſci: vtiqꝫ amplius dolet: cum cogitur eos pro culpa pcutere: q̃ȝ cuꝫ cogitur pro eorum defenſione puniri. Libenter ergo ſe occurrẽtibus piculis obijcit: ⁊ cõtra ſeuientiũ tempeſtatũ procellas ſe ſponte opponit: Alioquin fruſtra in littore maris habitat: fruſtra in ſtatiõe nauiũ habitationẽ parat: ſi contra marina mũdane preſſure diſcrimina trepidat: niſi tempeſtatibus diu fatigatos: ⁊ tandẽ littorib⁹ eiectos blande excipiat ⁊ benigne foueat.

## Qꝛ veri zelatoꝛis ſit vigilare non ſolū contra ſeuiciam: ſed etiam cōtra fraudulentiā. Capitulū. XLIII.

Zabulon inquit in littoꝛe maris habitabit: ⁊ in ſtatiōe nauiū ꝑtingens vſqꝫ ad ſidonem. Que ergo cauſa eſt putas cur habitet in littoꝛe: niſi vt muniat extrema terre: ⁊ vtpote habitaculū foꝛtitudinis ꝓtegat infirmioꝛa mēbꝛa eccleſie: Illoꝛū ergo periculis ſe opponit quos aſſiduis perſecutionū ꝓcellis fatigari conſpicit. Ut enim naufragātibus ſemꝑ ꝑatus ſit ad ferendum auxilium: manet vt de eo ſcriptū eſt in ſtatione nauium. Diuturnis nāqꝫ tēptationibus oppꝛeſſos: ⁊ quaſi quedam naufragia paſſos ⁊ pene iā fractos ſcit blanda cōſolatione fouere: ⁊ ad ſtatū ſecuritatis erigere: ⁊ ad quēdaꝫ q̄ſi trāquillitatis poꝛtū reuocare. In hūc itaqꝫ modū zabulon ī littoꝛe maris habitabit: ī ſtatiōe nauiū ꝑtingens vſqꝫ ad ſidonem. Extendens g̊ ſe latius ꝑ littoꝛa maris: ⁊ huc illucqꝫ diſcurrens dū vndiqꝫ vigilat circa ſuoꝝ ꝓtectionē: dū vbiqꝫ ſe parat cōtra hoſtiū incurſionem: ꝑtingit etiā vſqꝫ ſidonē. Sidon venatio īterꝑtatꝛ: ꝑ quā recte ſatis deceptionū fraudulētia intelligitꝛ. Satagit ergo zabulon iſte non ſolū

imbecilles quoſq̧ erigere ꝯtra furorē ꝑſequē
tiū: ſed quoſlibet etiā ſimplices de laqueo eri
pere venantiū. Ad ſidonē ḡ vſq̧ ꝑtingit: quo
tiens verſuti hoſtis inſidias detegit: quotiēs
falſorū fratrū fraudulēta conſilia depꝛhendit:
qualiū ſermo teſte apl'o vt cancer ſerpit. Hic
eſt em̄ ille laque⁹ venatoꝝ: ⁊ q̄ſi quoddā rete
ſpirituū malignoꝝ: aīas ſimplices venantiū:
lingua videlicet adulantiū: lingua detrahētiū
ſeminātiū īt̄ frēs diſcoꝛdias: cōcitātiū iras ⁊
rixas. Pertingit ḡ zabulon vſq̧ ad ſidonē q̄-
tiens ꝑuenit inſidiatoꝝ doloſam machinati-
onē: ſiue malignoꝝ ſpirituū: ſiue ꝑfidoꝝ ho-
minū. Scim⁹ em̄ fieri hmōi venationē aīaꝝ
aliqñ ꝑ occultā ſuggeſtionē demonū: aliqñ ꝑ
apertā ſuaſionē hoīm: Uerūtñ nouit vtrāq̧
zabulon caute depꝛhēdere: ⁊ icaut' detegere.
Figit ḡ zabulō foꝛtitudīs ſue hītaculū e regi
one maris in confinio ſidonis: vt hinc vigilet
ꝯtra ſeuiciā ꝑſequentiū: illinc ꝯtra fraudulen-
tiā inſidiantiū: vt impleat̄ qd̄ de eo ſcriptū le-
git̄: zabulon in littoꝛe maris habitabit: in ſta-
tione nauiū ꝑtingēs vſq̧ ad ſidonem.

## Quale ſit vel quātū bonū habere ꝑfectū zelum animaꝝ. Ca. XLIIII.

c Ogitet qui poteſt: qualis ſit hic fili⁹
quanta ſit eius virtus: cuius officio

quiſq; non ſolum ſeipſuʒ contra vitia munit: ſed alios etiā a peccati laqueis eripere cōten/dit: ꝛ quoꝝ nō poteſt maliciā in melius cōmutare: nititur ſaltem reſiſtendo reprimere. Ne/ſcio ſi poteſt homo a deo aliquid maius ī hac vita accipere. Ignoro an poſſit hac gratia in terra maiorem aliquā deus homini conferre: q̄ȝ vt eius miniſterio peruerſi homīes in me/lius mutent̄: vt de filijs diaboli: filij dei effici/ant̄. An forte cuiq; videbit̄ eē mai⁹ mortuos ſuſcitare? Ergo ne maius erit carnē reuocare ad gaudia mundi: q̄ȝ anime reſtituere gaudia celi? Ergo ne maius erit ſuſcitare carnem ite/rum morituram: q̄ȝ animā in eternū victurā? Ergo ne mai⁹ erit reſtituere carni bona tranſ/euntia iterū ꝑitura: q̄ȝ aīe reddere bona eter/na in eternum manſura? O qualis dos: quā/ta dignitas talem gratiā a deo accipere. Non debuit dei ſponſa a ſponſo ſuo aliam dotē ac/cipere. Nō decuit celeſtē ſponſum ſponſe ſue aliam dotem donare: q̄ȝ vt ꝑ adoptionis gra tiam poſſet multos deo filios gignere: ꝛ de fi/lijs ire filijſq; gehenne regni celeſtis heredes aſcribere. Merito ergo ʒabulon nato excla/mat mater eius lya: Dotauit me de⁹ dote bo na. Uides ne quale quātū ve ſit ʒeluʒ iuſticie veraciter poſſidere: ꝛ vitiorū odium ex corde

gerere: in veritate exercere. Qui talem filium genuit cū propheta fiducialiter pſallit: Omē viam iniquā odio habui.

## Quomodo vel vnde oriatur ordinatus pudor. Ca.XLV.

Sed nūquid ſaltem poſt has ſex virtutū ſoboles dabitur cuiuis ſine peccato viuere: vt ſaltem poſt vitiorum odiū poſſit ſine vitio eſſe? Quis hoc preſumat? quis hoc vel in hac vita ſperare audeat? cū apoſtolus dicat: Si dixerimus q2 peccatum nō habemus: noſipos ſeducim⁹: ⁊ veritas in nobis nō eſt? Quis eſt vt de ceteris taceā qui ipſa ſaltem peccata ignorātie poſſit ī hac vita plene deſerere: pfecte deuitare? Nūquid vel ipi qui alioꝝ culpā corripiunt: ſe ab omni peccati cōtagio penit⁹ exuūt? Imo eos ſepe p quos de⁹ alioꝝ errata corrigere diſponit: ex magne pietatꝭ diſpēſatōe grauiꝭ cadere pmittit: vt ex ꝓria culpa diſcāt: q̄ꝫ miſericordes ī aliorum correctiōe eſſe debeant. Sed quātū putas erubeſcunt: cū quali ſe humilitate deijciunt: cum ſe in id vnde alios corripiunt: vel forte in aliq̄d grauius lapſos conſpiciūt: qui alijs ī ſtatu rectitudinis formam prebere debuerunt? Quiſputas digne penſare ſufficiat: quāta cōfuſio corda eoꝝ tranſfigat: cū in ſua

vita videāt qđ iure valeat etiā ab ipſis repre-
hendi: quos pro culpa eorum reminiſcunt̄ a
ſe ſepe ⁊ acerbi⁹ corripi ⁊ duri⁹ caſtigari. Hic
eſt ꝙ poſt zabulon naſcit̄ dina: q2 ſepe nimiū
zelum interueniēte culpa ſequit̄ verecundia.
Nihil enim aliud intelligimus ꝑ dinam niſi
verecundiā: ſed ordinatam. Solū peccatum
erubeſcere: eſt bonā ⁊ ordinatā verecūdiā ha
bere: ſed qui zabulon nōdum gignere meruit
fruſtra dinam gignere ſe credit.

## Quis vel qualis ſit ordinatus pu dor. Capitulū. XLVI.

d Iſce prius peccatū odiſſe: ⁊ tunc in-
cipies illud veraciter erubeſcere. Si
veraciter odis illud citius erubeſcis.
Ille pudor verus eſſe cognoſcit̄: quez vitio-
rū odiū precedit ⁊ comitat̄: Alioquī ſi in pec-
cato deꝑhenderis: ⁊ deꝑhenſus pudore con-
funderis: non te credo erubeſcere culpam: ſed
infamiā. Non enim deſcendit verecūdia talis
tā de ipſo peccato ꝙ̄ de fame detrimēto. Non
eſt ḡ vū g'̄ieris quaſi dinā genueris. Habent
vtiqꝫ homīes etiā peruerſi verecundiā: ſ; vtinā
bonā: vtinā ordinatā. Nā vtiqꝫ ſi bonā habe
rent: peruerſi forſitan non eſſent. Peccatum

etenim ſi perfecte erubeſcerent: non tam faci le committerent. Qualis pudor eſt erubeſcere paupertatem: erubeſcere hũilitatẽ. Illud non pudet eos erubeſcere: ad q̃ docẽdũ non puduit celeſtẽ magiſtrũ de celo deſcendere. Diſcite inquit a me: q2 mitis ſũ ⁊ hũilis corde. At iſti ecõtra magis aboĩnãtes q̃ ſectantes hũilitatẽ: multo ampli⁹ erubeſcũt hr̃e ſordidã veſtẽ q̃ ſordidã mẽtẽ. Oꝫ multi ſũt hodie q̃s mag⁹ puderet ĩ orõe feciſſe barbariſmũ cõtra regulam priſciani: q̃ ꝓtuliſſe mendaciũ in ſuo ſermõe ꝯtra regulã xp̃i? Sꝫ q̃d de iſtis loq̃mur qui ſepe etiã ſua crimina iactant: q̃nq̃dẽ illi etiã q̃ ſpũales videt̃ hũc pudorẽ haud facile ſupant? Sepe dũ in p̃dicatiõis officio ꝓximoꝝ vtilitati deſeruiũt: dum forte cõtra ſupbiã diſputãt: ꝯtingit eos ſepe ſupbire! Vñ conſtat eos contra ſuperbiam humiliter diſſerere. Et ſi forte inter loquẽdũ (qđ fieri ſolet) breuem accentum ꝓducerẽt: magis eos fortaſſis puderet de vitio orationis: q̃ de vitio elatõis. Crede mihi nõ eſt credendũ: hãc eſſe verecũdiã illã: quã intelligere debem⁹ per dinam.

## Q̃ ſit rarum habere pudorem verum: Ca. XLVII.

v Ultis adhuc noſſe ꝙ ſit raruꝫ humanam verecundiam perfecte calcaſſe: ⁊ hanc veraꝫ ⁊ ordinatam hr̄e: qđ ꝙ eſt dinam genuiſſe. Ecce de carnalibus omitto: cū de ſpūalibus tm̄ interim ſit mihi ſermo. Ecce quiſquis es qui te credis dinam genuiſſe: ſi cogeris corā multitudine nudo corpore tranſire: nunquid poſſes non erubeſcere? Cogita ergo ſi tantū cōfunderis quādo īmunda cogitatione ſordidaris. Cur te iactes dinam amplius genuiſſe ⁊ ordinatam verecundiam habere ſi minus erubeſcis pudenda cordis ꝙ corporis? Si magis vereris vultū hominuꝫ ꝙ cōſpectū angelorum. Siccine magis ē erubeſcendum ꝙ deus benefecit ꝙ ꝙ tu male feciſti. Certe illas etiā corporis ꝑtes quas pudenda vocamus deꝰ fecit: pudenda autē cordis nō niſi tu feciſti. Diligenter igit̄ cōſiderāti recteꝙ diſcernenti: ꝙ ſit raꝝ vel ꝙ paucoꝝ ſic humanam verecūdiā plene viciſſe: ⁊ ſolaꝫ illam que ordinata eſt poſſidere. nō erit (vt arbitror) vnde ampliꝰ quis āmirari debeat cur talem prolem lya tā ſero concipiat vl̄ pariat.

## Quid ſit proprium pudoris: Ca. XLVIII.

ſ Ed ne de nominis rōne tacite preteriſſe videamur: dina iudicium iſtud

verſat̃ que ſunt ſupra rationẽ:ꝛ videntur eſſe
ꝓter:ſeu etiã cõtra rationẽ. In hac itaqꝫ ſum/
ma omniũqꝫ digniſſima cõtemplationũ ſpe/
cula:tunc animꝰ veraciter exultat:atqꝫ tripu/
diat:qñ illa ex diuini luminis irradiatiõe cog
noſcit atqꝫ cõſiderat:quibꝰ omnis hũana ra/

tio reclamat. Talia ſunt pene oīa: que de pſonarū trinitate credere iubemur: de quib⁹ cū hūana ratio cōſulit: nihil aliud q̄ ꝯire videt.

## Que quib⁹ ſint cōmunia: Ca. VII.

Duo itaq; ex his in imaginatione conſiſtunt: q̄ ſolis ſenſibilib⁹ intēdunt. Duo in ratione cōſiſtunt: q̄ ſolis intelligibilib⁹ inſiſtunt. Duo vero in intelligentia ſubſiſtūt: quia ſolis intellectibilib⁹ intendūt. Senſibilia dico quelibet viſibilia ꝛ ſenſu corporeo pceptibilia. Intelligibilia tn̄ dico inuiſibilia ꝛ hūane ratiōi cōpꝛehēſibilia. Intellectibilia hoc loco dico inuiſibilia: ꝛ hūane rationi incōpꝛehēſibilia. Ex his ergo ꝯtemplationū generib⁹ quattuoꝛ inferioꝛa verſantur maxime in rebus creatis: duo vero ſupma in rebus increatis atq; diuinis. Itē ex his quattuoꝛ duo ſupioꝛa verſant circa īuiſibilia: duo vero infima circa viſibilia: atq; coꝛpoꝛea. Infima nāq; duo pculdubio verſant in reb⁹ viſibilib⁹ atq; creatis. Duo aūt ſūma maxime verſant in reb⁹ inuiſibilib⁹ ꝛ increatis. Duo vero media maxime in reb⁹ inuiſibilibuſ atq; creatis. Maxime idcirco dixi: q̄ circa inuiſibilia atq; creata ſunt quedā que ab hūana ratione nullaten⁹ cōpꝛehēdi poſſunt: ꝛ ſm hoc inter intellectibiliū numerū currunt: et ſe ſm

hoc ipm ad duo ſuprema cōtemplationū genera poti⁹ ptinere oſtendūt. Similiter circa ſumma illa ꝛ increata videntᷣ quedā eſſe hūane rationi puia: ꝛ ſm hoc quidē inter intelligibilia deputāda: ꝛ obhoc ipm medijs illis duobus ꝯtēplationū generib⁹ maxime accōmodāda. Duob⁹ itaqꝫ pꝛimis cōmune hoc eſſe videtᷣ: qđ vtrūqꝫ eoꝛū circa viſibilia verſatᷣ. Uerūtamē in hoc maxime videntᷣ differre: qꝛ pꝛimū quidē ſolet ſine vllo ratiōis officio impellente admiratione huc illucqꝫ diſcurrere. In ſecūdo aūt ad ea que p imaginē in mente verſantᷣ: ratio querítᷣ ꝛ aſſignatur: vel pꝛi⁹ familiariter nō in admirationē adducitᷣ. Secūdum ꝛ tertiū hoc habēt cōmune: ſed p̄ ceteri ſingulare qđ in vtroqꝫ pariter ſibi cōmiſceri videntᷣ: imaginatio cū ratione: ratio cū imaginatione. Differunt autē in eo: qꝛ in ſcđo q̄dem ad viſibilia ratio (vt dictū eſt) querítᷣ et accōmodatᷣ: in tertio vero ad inuiſibilium inueſtigationē ratio a viſibilib⁹ trahitᷣ: ꝛ in illo ſepe ex viſibilibus ad inuiſibilia erudimur: ꝛ alia ex alijs cōijcimus: in iſto ex viſibiliū inſpectatione ad inuiſibilium cognitionē pmouemur. Tertio ꝛ quarto cōſtat eē cōmune inuiſibilib⁹ intelligibilib⁹ intendere. Sed in eo vtiqꝫ differre qꝛ in tertio quidē miſcetur ratio

cũ imaginatione. In quarto aũt intelligentia pura cũ ratione. In quarto ⁊ in quinto ratio ⁊ intelligẽtia in vnũ cõcurrũt: ⁊ in hoc maxie cõueniunt: ꝫ in quarto ex rõne ⁊ intelligentia ꝓuenit. In quinto vero ratio nũꝙ intelligentiã ꝓuenit: ſed ſubſequit: vel vt multũ comitatur. Nã qđ ex diuina inſpiratione pri⁹ agnoſcitur: rationis poſtmodũ atteſtatione firmatur. Quinto ⁊ ſexto cõiter accidit: qđ vtrũꝙ eorũ in ĩtellectibilib⁹ ꝯſiſtit. Sed quinto q̃dẽ hũana ratio videtur ſatis cõſentanea. Sexto aũt omnis humana ratio videt eſſe cõtraria: niſi fuerit fidei admixtione ſuffulta.

## Que ſint ſingulorum ꝓpria: Ca. VIII.

p Roprĩũ eſt ꝓme cõtẽplationi ſimpl'r ⁊ ſine vlla ratiocinatiõe viſibiliũ admiratiõe inherere. Propriũ eſt ſcđe viſibiliũ rerũ rõni ratiocinãdo inſiſtere. Propriũ eſt tertie ꝑ viſibilia ad inuiſibilia ratiocinãdo aſcẽdere. Proprium eſt q̃rte ex viſibilibus inuiſibilia rõcinãdo colligere: ⁊ ꝑ exptorũ intelligentiã ad noticiaꝫ ignotorum ꝓficere. Propriũ eſt quinte intellectibiliũ ĩtelligentiã rationi admittere. Propriũ eſt ſexte ĩtellectibiliũ intelligẽtiã omnẽ hũanã rationẽ trãſcẽdere: ⁊ quaſi ab imo calcare. Cũ ſit autẽ trib⁹ primis ꝯtẽplationũ generib⁹ cõe: ſine imagi-

natione non eſſe:in pͥmo imaginatio qͣſi infra rōnē ſubſiſtit. In ſcđo rōnē excipit. In tertio imaginatio:ad rōnē aſcēdit. Itē cū ſit tribus vltimis cōmune ſine pura intelligentia non eſſe in eorū primo: hoc eſt: in quarto ipſa intelligētia rationi ſe inclinat.in qͥnto rationem ad ſeipſam leuat.in ſexto intelligētia rationem tranſcēdit:ꝛ quaſi ſub ſeipſa deſerit. Item cuꝫ ſit quattuor medijs cōmune ſine ratiocinatione non eſſe: In ſecundo cōtēplationis genere ratio imaginationi quaſi ad ima condeſcēdit. In tertio imaginationem ſecum quaſi ad altiora trahit. In quarto intelligentiaꝫ quaſi ſub ſe deſcendentē excipit atqꝫ conducit. In quinto ratio quaſi ſupra ſe ad intelligentiam aſcēdit:ꝛ ei in ſuis ſublimibꝰ alludit. In pͥmo itaqꝫ imaginatio in ſeipſa requieſcit:quemadmodū ꝛ intelligētia. In ſexto ſe ad ſeipſā colligit: ꝛ in ſeipſa ſubſiſtit. In ſecūdo ratio ſub ſeipſam deſcēdit. In quinto eadeꝫ ipſa ſupra ſemetipſam aſcēdit. In tertio imaginatio ſupra ſemetipſam aſcēdit. In quarto intelligētia infra ſemetipſam deſcendit. In pͥmo imaginatio tenet locū infimū ꝛ ſolitarium. In ſecūdo ratio deſcendit ad imum. In tertio imaginatio aſcendit ad ſummum. In quarto intelligentia deſcendit ad imū. In quinto ratio

aſcendit ad ſummũ. In ſexto intelligentia tenet locũ ſolitariũ ⁊ ſummũ.

## Qua ſibi queqꝫ ꝓportione reſpodeant: vel quomõ inuicez permiſceri ſoleant: Ca. IX.

n Otãdum ſane ꝙ ſicut nouiſſima duo aſcendunt ſupra rationem: ſic media duo aſcendunt ſupra imaginationez. Et ſicut illud ſublimius nouiſſimorum nullã pene ſolet humanã ratiõẽ admittere: ſic illõ ſublimius mediorũ debet oẽm a ſe imaginatiõnẽ excludere. Et ſicut illud inferi⁹ duorum nouiſſimorũ ⁊ ſupremoꝝ cõſiſtit ſupra ratiõnẽ: nõ tamẽ ꝑter ratiõnẽ: ſic illud inferi⁹ mediorum duorũ aſcendit ſupra imaginatiõnẽ: cũ tamẽ nõ ſit ꝑter imaginatiõnẽ. Itẽ ſicut duo media infra purã ⁊ ſimplicẽ intelligentiã deſcendũt: ſic duo prima ⁊ infima infra ratiocinatiõnẽ deſcendũt. Simplicẽ intelligentiã dico: que eſt ſine officio ratiõis: purã vero que eſt ſine occaſione imaginatõis. Sz ſicut illud ſublimius duorũ mediorũ infra ſimplicez intelligentiam deſcendit: nõ tamen infra ſubſiſtit: qꝛ illorũ in quibus verſaẽ: alia ſimplici intelligentia cõprehendit: alia ratiocinãdo colligit: ſic illud ſublimius duorũ infimorum vi-

detur infra ratiocinationē deſcēdere:nō tamē infra illam ſubſiſtere:q2 alia ſolet p imaginationē repſentare: ⁊ alia ratiocinando colligere. Itē q2 ſicut illud inferius duorū mediorū ſolet infra ſimplicē intelligentiā deſcēdere atqꝫ ſubſiſtere:ſic illud inferius duorū infimorum ſolet ſe ad rationē habere. Nam ⁊ illud ſolū illis intendit:que mens ex imaginatione ratiocinando colligit: ⁊ illud ſolū illis que p ſenſū imaginationi impſſit. Nō autē hoc primū et infimū contemplationis genus:idcirco infra rationē: vel poci⁹ ratiocinationē ſubſiſtere dicitur:quaſi irrationabile ⁊ oīno contra rationē eſſe videat̄:cū p intentionē ſeu etiā diſpoſitionē rationi ꝯſentaneū facile cōuincatur: ſed qꝛ in eo vt ſupra dictuꝫ eſt:quantū ad eius ꝓprietatē attinet: nihil ratiocinādo colligitur. Solent tamē hec que diſtinximus ꝯtemplationū genera qñqꝫ inuicē pmiſceri: ⁊ hic queꝫ aſſignauimus ꝓprietatū modus alterutra pmixtione confundi. Noſtrū auteꝫ fuit hoc loco ad euidentiā doctrine ſingulorū ꝓpria docere:nihilomin⁹ quid cōmune:quid ſimile haberent oſtendere.

## Q2 vix ſoli pfecti ad omnia ſex cōtēplationū genera ꝓficiūt: Ca.X.

Ex iſta cõtemplationũ genera opoꝛ/
tet illũ familiariter noſſe: quicũqꝫ cu/
pit ſcientie culmẽ attingere. His ſex
ſane cõtemplationũ alis a terrenis ſuſpendi/
mur: ⁊ ad celeſtia leuamur. Citra ꝑfectũ te eẽ
nõ dubites: ſi vſqꝫ adhuc aliq̃b⁹ illaꝝ alaꝝ ca
res. Mecũ certe: ⁊ cũ mei ſimilib⁹ bene agit̃:
ſi vnũ tantũ ex his tribus alaꝝ paribus dat̃.
Quis dabit mihi pennas ſicut colũbe: ⁊ vo/
labo ⁊ requieſcã: Scio tamẽ qꝛ in illis duab⁹
ꝑmis eiuſmodi alis nõ dat̃ de terrenis ad ce/
leſtia euolare: ⁊ illa celoꝛũ ardua petere vł pe
netrare. Nã ſicut ſuperius iã dictũ eſt in illis
ſex cõtemplationũ generibus: tota pꝛioꝝ du/
oꝛuꝫ ꝯſideratio circa terrena ⁊ coꝛpoꝛalia oc/
cupat̃: nihil in eiſdẽ de inuiſibilib⁹ ⁊ ſpũalib⁹
agit̃. Q̃uis ergo ſublimes: q̃uis admodum
ſubtiles circa iſta terrena volat⁹ in pꝛimis il/
lis duab⁹ ꝯtemplationũ alis habeamus pa/
rum nobis eẽ debet: ſi ad illa ſola ſufficim⁹ in
quibus mũdi hui⁹ philoſophos ꝑpollere vi/
demus. Terrenũ ⁊ nõdũ celeſte animal te eẽ
cõuincis: q̃diu duab⁹ alis tantũ cõtentus fu/
eris: habẽs vñ coꝛpus tuũ velare: nõ vñ vo/
lare poſſis. Certe ſi adhuc terrenũ animal es
ſi vſqꝫ in hodiernũ terrenũ coꝛpus habes: et

tale deniq̧ quale apl's deſcribit: ⁊ mortifica/
re p̄cipit. Bonū ꝑfecto erit in ꝓmptu habe/
re vnde poſſis cū volueris tale corpus vela/
re: et a recordationis tue oculis abſcondere.
Mortificate inq̄t mēbra veſtra que ſunt ſuꝑ
terrā: fornicationē: inmūdiciā: libidinē: cōcu
piſcentiā malā: ⁊ ſiſi'a. Quid eſt aūt huiuſmo/
di corp⁹ ſub deſignatis illis cōtemplationuꝫ
alis velare: niſi mundanorū cōcupiſcentiā ex
mūdane mutabilitatis cōſideratione tēpera/
re imo ⁊ in obliuionē adducere? Perpēdis vt
eſtimo quātū valeat eiuſmodi obductio ala/
rūq̧ obumbratio. Habes recte ī his alis: vn/
de cum volueris volare poſſis. Bonuꝫ ſane
eſt benevolare: ⁊ quantū potes ab amore mū
di te elongare. Bene vtiq̧ in his volant alis
qui mundane mutabilitatis lubricum quoti/
die conſiderant: aſſidueq̧ retractant: ⁊ ex eiuſ
modi conſideratione ſeu retractatione ſe ab
eius ambitione alienāt. Q̄uis ergo in his ge
minis alis vſq̧ ad celeſtia volare n̄ poſſis: tu/
tum tamen fortaſſis tranquillumq̧ ſtationis
portum in earum remigio inuenire poteris.
Nitere in eis quantum poteris: apprehende
ſaltem nouiſſima maris. Si ſumpſero inquit
pennas meas diluculo: et habitauero in ex/
tremis mar?. Extrema maris: mundi termini

ſunt: ꝛ vniuſcuiuſqꝫ ꝓprie vite defectus Ex/trema itaqꝫ maris tenere eſt mundi finē: mundaneqꝫ vite exitū cū deſiderio expectare. Extrema maris vt arbitroꝛ euolādo iam apprehenderat: qui veracit̄ dicere poterat: Cupio diſſolui ꝛ eſſe cū chriſto: puto qꝛ duas has cōtemplationis pennas nō inuanuꝫ accepiſti: ſi huc vſqꝫ volare potuiſti. Parū tibi tamē eſſe debet has duas alas accepiſſe: ſed vt ꝓbes te celeſte animal eſſe: ſtude ꝛ ſatage ſaltē duo paria habere: id eſt: alas q̄ttuoꝛ: ꝛ tūc ꝑfecto habebis in quib⁹ poſſis ad celeſtia euolare. Quattuoꝛ ꝑfecto alas habebāt: ꝛ ſe ex eo celeſtia nō autē terreſtria eſſe oſtendebāt: quattuoꝛ illa animalia: que ꝓpheta ezechiel vidit: viſaqꝫ deſcripſit. Quattuoꝛ inquit facies vni: ꝛ quattuoꝛ penne vni. Duabus aūt vt ibi legit̄ coꝛpus ſuū velabant: necnō ceteris duabus ꝓculdubio volabāt. Sic ꝛ tu cū ceperis iam quattuoꝛ alas habere: cū te putaueris iā celeſte animal eſſe: vel coꝛpus celeſte iā gerere: nihilomin⁹ tamē ſtude illud ſub dictis alis velare. Sunt eñ celeſtia coꝛpoꝛa: ꝛ ſunt coꝛpoꝛa terreſtria. Et alia glā celeſtiū: ꝛ alia gloria terreſtriū: Alia claritas ſoliſ: ꝛ alia claritaſ lune: ꝛ ſtella a ſtella differt in claritate. Si ergo totū coꝛpus tuū lucidū fuerit: nō habens

in ſe aliquã partem tenebrarũ: vtile tamẽ erit
illud ab humane arrogantie oculis abſcõde/
re: ꝛ ſub humane mutabilitatis incerto ꝓprie
eſtimatiõis claritatẽ tẽperare. Neſcit eñ ho/
mo finem ſuũ: ſed ſicut piſces capiunt hamo:
ꝛ aues cõprehendũtur laqueo: ſic capiuntur
homines tẽpore malo: cũ eis ex tũpore ſuꝑue
nerit. Et idcirco bonũ ẽ homini bona ſua diſ/
ſimulare: ꝛ nil penitus de ſuis meritis ꝓſume/
re: ꝛ ſe ſemꝑ in humilitate cuſtodire. In ꝑmo
ğ alarũ pari velet homo corp⁹ ſuũ: in ſecũdo
volet ad celũ. Cur eñ media illa duo cõtem/
plationũ genera hominẽ ad celeſtia: ꝛ inuiſi/
bilia nõ leuent: que de ſolis (vt dictũ eſt) inui
ſibilibus agere habent? Satagat ergo ſpiri/
talis quiſq̃ ſtudio ꝛ deſiderio ſemꝑ in celeſti/
bus eſſe: vt poſſit cũ apl'o dicere: Noſtra aũt
cõuerſatio in celis eſt. Uerũtamen ſi vſq̃ ad
tertiũ celũ cũ eodẽ apl'o penetrare paras: nũ/
q̃ id in duob⁹ alarũ paribus poſſe ꝓſumas.
Oportet abſq̃ dubio omnes illas ſuperi⁹ de
ſignatas ſex cõtemplationũ alas habere: qui
cupit ꝛ ambit vſq̃ ad tertiũ celi ſecreta: diuini
tatiſq̃ archana volare. Has vtiq̃ ſex cõtem/
plationũ alas ſoli ꝑfecti in hac vita vix habe/
re poſſunt. Has omnes ĩ futura vita electi: tã
in hominib⁹ q̃ in angelis habituri ſunt: ita vt

de vtraqꝫ natura veraciter dici poſſit: ſex ale vni: ⁊ ſex ale alteri.

## Quod prima quattuor ꝯtēplationū genera myſtice deſcribūtur: Ca. XI.

D E his itaqꝫ ſex cōtemplationū generibꝰ moyſes (vt mihi videt̄) ſub myſtica deſcriptione agit: vbi materialē illā ſcꝫ myſticā q̄dē arcā ex dñica p̄ceptiōe fieri inſtituit. Primū itaqꝫ deſignat̄ in arce fabricatiōe. Scōm in eiꝰ deauratōe. Tertiū in corona arce. Quartū ītelligimꝰ p ꝓpitiatoriū. Per duos ṽo cherubin q̄ntū ⁊ ſextū. Si aūt ad figurā ⁊ materialē facturā reſpicimꝰ: ex illis ſex vtiqꝫ manufactis operibꝰ ſolū primuꝫ fabricat̄ ex ligno: cetera omnia cōſtant ex auro. Sic ſane omnia illa vnde primū ꝯtemplationis genus cōſtat: p ſenſum corporeū haurimus: ⁊ p imaginationē rep̄ſentamus cū volumus. Nā alia omnia vnde cetera ordiūtur ratiocinādo colligimꝰ: vel ſimplici intelligentia cōprehendimꝰ. Cogita ergo quid ſit inter lignū ⁊ aurum: ⁊ inuenies fortaſſis q̄ꝫ couenienter iſta deſignent̄ in ligno: illa vero figurētur in auro. In ligno quidē que ſubiacēt imaginationi: In auro autē que ſolo ſubiacēt intellectui. Aurū in ſe magna claritate refulget:

lignum in ſe nil claritatis habet: niſi ꝙ ignem accendit: ⁊ in miniſteriū luminis flammā nutrit. Sic ſane imaginatio nullū in ſe prudētie lumen: nil p̄clarū habet: niſi ꝙ ratione ad diſcretionē excitare: ⁊ ad ſcientie inueſtigationē dirigere ſolet. ¶Recte aūt ſm illud cōtemplationis genus in quo rerū viſibiliū ratio queritur: in lignorū deauratione figurat. Quid em̄ aliud eſt rerū viſibiliū ⁊ imaginabiliū aſſignata ratio: q̄ queda (vt ſic dicā) lignoꝝ deauratio? ¶Recte nihilominus corona arce tertiū cōtemplationis genus pōt myſtica deſignatione rep̄ſentare: in quo ſolemus p viſibilia ad inuiſibilia aſcēdere: ⁊ ad eoꝝ cognitionē imaginationis manuductione aſſurgere. ¶Nā corona quidē in ſūmitate arce lignis affigebat: lignoꝝ tamē ſupma alta ꝓtenſione ſupergrediebat. Sic illud ꝯtemplationis gen⁹ qđ in rōne ſm imaginationē verſat: imaginationi quidē innitit: dū ex rerū imaginabilium ſimilitudine rationē trahit: ⁊ quaſi ſcalam erigit: p quā ad īuiſibiliū ſpeculationē aſcēdere poſſit. Propitiatoriū aūt ex omni parte: ⁊ vſqꝫquaqꝫ ligno ſupponit: ⁊ idcirco ſatis cōuenienter in eo illud cōtemplationis gen⁹ figuratur: qđ omnē imaginationē excedēs in ratione ſm rationē verſat. Et ſicut ꝓpitiatorium

vtpote arce opculũ nuſq̃ ſub ligno deſcendit nec ligno ſe affigi ſinit: ſic hec cõtẽplatio omnez imaginationẽ ſupgrediens: ⁊ nulli ſe pmiſceri cõſentiens: ſola inuiſibilia reſpicit: ſolis inuiſibilibus intendit.

## Quõ nouiſſima duo ↄtẽplationũ genera myſtice deſignent: Ca. XII.

Do autẽ nouiſſima ↄtemplationum genera exprimunt angelica figura. Et recte quidẽ illa operis factura nõ humanã ſed angelicã formaz habuit: que illa cõtemplationũ genera p ſimilitudinẽ repſentari oportuit: quorũ materia oẽm humanam rationez excedit. Notandũ ſane q̄ p̄dicta illa quattuor quodãmodo in vnũ cõiuncta ſunt: iſta aũt duo nouiſſima ſeparatim ſũt: ⁊ ſeorſũ poſita. Et in illis quidẽ primis q̃ttuor ↄtẽplationũ generib⁹ ex ꝓpria induſtria cũ diuino tñ adiutorio quotidie creſcimus: ⁊ ex vno in aliud ꝓficimus. Sed in vltimis iſtis duob⁹ totũ pendet ex gratia: ⁊ oĩno longinqua ſunt: ⁊ valde remota ab omni hũana induſtria: niſi inquantũ vnuſquiſq̃ celitus accipit: ⁊ angelice ſibi ſimilitudinis habitum diuinitũ ſupducit. Et forte nõ ſine cauſa hec nouiſſima operis factura: angelicaq̃ figura cherubin nomẽ

accepit:eo fortaſſis ꝙ ſine huius ſup̄me gra/
tie adiectione quis ad plenitudinē ſciētie ptin
gere nō poſſit. Sed q2 e duob⁹ cherubin vn⁹
dictus eſt ſtare ex parte vna: ⁊ alter ex altera:
ita vt vnus intelligat̄ ſtare a dextris: alter au/
tē a ſiniſtris: animaduerte obſecro q̄ȝ apte ſi/
bi ex aduerſo opponunt̄: ⁊ ex oppoſito ſtatuū/
tur in earū videlicet rerū figura: quarū he ra/
tioni cōſentire: ille rationi cōtraire videretur.
Sed forte quis querere pgat: q̄d in quo ſpiri ct
ſaliter ītelligere oporteat. Uide ergo ne forte
in illo cherub: qui a dextris ſtabat: illud ↄtem
plationis genus intelligi debeat: qđ eſt ſupra
rationē: non tamē p̄ter rationē. In illo aūt q̄
eſt a ſiniſtris: illud qđ eſt ſupra rationeȝ: ⁊ vi/
detur eſſe p̄ter rationē. Scimus autē ꝙ ſini/
ſtra ſepius ſub veſtimētis: ⁊ quaſi in occulto
tenet̄: dextera vero in apertū ſepius ꝓfertur:
vnde recte p ſiniſtrā occultiora: p dexterā in/
telligunt̄ manifeſtiora. Manifeſtiora aūt ſūt
rationi cōſentanea: occultiora aūt rationi ad/
uerſantia. Quintū ergo ↄtemplationis gen⁹
recte intelligim⁹ in cherub dextro. Sextū ni/
bilominus iuſte intelligi poteſt in cherub ſini
ſtro. Et forte iſta doctiorib⁹ animis ſufficere
poſſunt: ad ea que de moyſi arca: vel ↄtēplati
onis gratia dici debuerunt. Sed q2 ocioſi ſu/

mus: ⁊ ocioſis loquimur: ꝓpter pigriores q̄/
dem pigrū nobis eſſe nō debet: adhuc eadem
cū vtili: ⁊ forte quibuſdā neceſſario ſupplemē/
to repetere: ⁊ eidē materie liberius vacādo in
ipſam adhuc aliquid latiꝰ agere. Cōtemplan
tis itaq̄ more cōtemplationiſq̄ tenore: de cō
templatione agamꝰ: nec tante iocūditatis ſtu
diū: ⁊ tante admirationis ſpectaculū in tran/
ſitu videamus. Occupatis iſta compendioſa
breuitate ſuccinximus: ocioſis aūt eadē repe/
tendo latius explicamus. Simul vtrūq̄ ꝓca
uentes: ⁊ feſtinos viatores cōtra ꝓpoſitū de/
tinere: ⁊ curioſos nouitatū exploratores ꝯtra
votū vrgere. Nunc ergo ad ſingula contem/
plationū genera redeamus: ⁊ primum de pri
mo dicamus.

## Venerabilis magiſtri Richardi de ſancto victore liber primus de arca myſtica feliciter explicit.

## Annotatio capitulorū libri ſecundi eiuſdem.

Q꞉ primū ꝯtēplationis genꝰ ꝯſtat in ꝯſidera/
tione ⁊ admiratione rex̄ viſibiliū. Ca. I.
Q̄ ſit copioſa huiꝰ ꝯtemplationis materia:
⁊ quō ſe philoſophi exercuerūt ī ea. Ca. II.

De triplici diſtinctõe p̄me ſpeculatõis. C.III
Qꝫ primus gradus huius ſpeculatiõis ꝯſide
rat̃ in materia:forma ꝛ natura. Ca.IIII.
Qꝫ ſecundus gradus cõſideratur in operati/
one nature: ꝛ induſtrie. Ca.V.
Qꝫ tertiꝰ huiꝰ ſpeculatiõis gradus ꝯſiſtit taꝫ
in hũanis q̄ꝫ in diuinis īſtitutiõibꝰ. Ca.VI.
Qꝫ ſcd̄m ꝯtēplatiõis genꝰ ꝯſtat ī ꝯſideratiõe:
ꝛ admirãda rerũ viſibiliũ ratione. Ca.VII.
Qꝫ̃ ſit copioſa ꝯtēplatõis materia. Ca.VIII.
Quõ ſe philoſophi in huiꝰ contemplationis
materia exercuerunt. Ca.IX.
De diſtinctione ſecũde ꝯtēplationis. Ca.X.
De ꝓprietate ſecũde diſtinctionis. Ca.XI.
De tertio cõtemplatiõis genere. Ca.XII.
Quomõ in hoc cõtemplatiõis genere homo
incipiat eſſe ſpiritualis. Ca.XIII.
De diſtinctione eorũ que ad hanc ſpeculatio
nem ꝑtinent. Ca.XIIII.
Quõ hoc ſpeculatiõis genus recte in quinqꝫ
gradus diuiditur. Ca.XV.
Qꝫ illa que ad hanc ſpeculationē ꝑtinēt aliter
adhuc diſtingui poſſunt. Ca.XVI.
Qꝫ in hac ſpeculatiõe corporee ſimilitudinis
manuductione vtimur. Ca.XVII.
Quõ hoc cõtemplationis genus ꝯſiſtat in ra
tione ſm̄ imaginationē. Ca.XVIII.

# Annotatio capitulorū.

Quomodo ad ꝑmiſſionez vel operationē dei pertineat: quicquid radius contēplationis ꝑluſtrat. Ca. XIX.

Quō ſapientia dei cū ſit ſimplex ⁊ vna diuerſis cōſiderationib⁹ in cōtemplationē adducitur: ⁊ modo ſciētia: mō p̄ſciētia: modo diſpoſitio: mō p̄deſtinatio nominat̄. Ca. XX.

Qꝛ diuina ſapientia ſm̄ diuerſos cōtemplationis modos: in quibuſdā videat̄ mirabilioꝛ: in quibuſdā iocūdioꝛ. Ca. XXI.

In qua ſpeculatione diuina p̄ſciētia vel ſcientia appareat mirabilioꝛ. Ca. XXII.

In qua ſpeculatione diuina p̄deſtinatio appareat iocundioꝛ. Ca. XXIII.

In qua rex ſpeculatione ſoleat diuina diſpoſitio iocūdioꝛ apparere. Ca. XXIIII.

Qꝛ cōtemplationis noſtre ſpeculuz ſemꝑ comitari debeat: magna admiratio: ⁊ ingens exultatio. Ca. XXV.

Qꝛ ſm̄ modū admirationis ⁊ exultatiōis: variat̄ modus ꝯtēplationis. Ca. XXVI.

Qꝛ in omni rerum mutabiliū ꝯtemplatione: neceſſe ſit diuine ſapientie conſideratione inherere. Ca. XXVII.

Finis.

Venerabilis magiſtri Richardi de ſancto victore liber ſecũdus de arca myſtica: In quo de tribus primis generibus contemplationis agitur: feliciter incipit.

De primũ cõtemplationis genus conſtat in cõſideratione ⁊ admiratione rerũ viſibiliũ: Ca.I.

P Rimum itaqꝫ cõtemplationis genus eſt in cõſideratione ⁊ admiratione rerũ corporaliũ: in omnibus que p quinqꝫ ſenſus corporeos ingrediuntur ad animuꝫ. Et eſt quidem omniũ infimũ: ⁊ debet eſſe incipientium. Ab hoc eñi debent ad huc rudes incipere vt poſſint paulatim ad altiora: quaſi quibuſdã ꝑfectionũ gradibus aſcẽdere. Ad hoc itaqꝫ cõtẽplationis genus ꝑtinet omnis admiratio creatoris: que ſurgit ex cõſideratione reꝝ corporaliũ: ⁊ deſignaꝛ in hac arce deſcriptione per cõpaginẽ lignorũ. Et cõgrua ſatis diſtinctione ꝑ ligna deſignanꝛ ea que ꝑtinent ad imaginationẽ: ſicut ꝑ aurum: nihilominꝰ ea que vi-

dent ptinere ad ratione. Non aut de quibuſ libet lignis pmittit hec arca fieri: ſed tatu de lignis ſethim: q ſunt valde iputribilia. Pertinent aut ad ligna imputribilia quelibet reru ſcrutinia: honeſtatis ⁊ vtilitatis itegritate plena. Ligna iputribilia ſunt quelibet rer ꝯſiderationes: qlibet oper retractatioes: q nullam metis corruptione inducut: q ſinceritati ⁊ veritatis integritate cuſtodiut. In tataqꝫ rer viſibiliu copia: inter tot ſpectaculor genera videat qſqꝫ qd eligat: caueat ne ad illd qnqꝫ metis oculos reducat: vnde cordis ſui mudicia polluat. Debet g a coſideratiois ſue reſpectu voluptatu irritameta amouere: qui cupit de iterne icorruptois ppetuitate gaudere. Quicquid auariciam ſtimulat: quicqd gulam irritat: quicquid luxuriam inflamat: ab illa recordationum ſuaru frequetia ſecernat. Ille ſane mundum: ⁊ que in mudo ſunt vtiliter in cotemplatione adducit: qui p mundanor reſpectu ad mundanor deſpectu venit. Hunc eiuſmodi ꝯteplatois fructu magnus ille mudanaliu coteplator queſiuit: ⁊ inuenit: ſcriptuqꝫ reliqt: Vanitas vanitatu dixit eccleſiaſtes: Vanitaſ vanitatu ⁊ omnia vanitas. Ille vanitatis cotemplatione no inuanu aſſumit: q ex eo q in imo reſpicit i laude creatoris aſſurgit: qui eu

in omnibus operib⁹ ſuis mirabilē: laudabilē: ⁊ amabilē reperit: Dñe dñs noſter: ꝙ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Ecce mirabilē: A ſolis ortu vſqꝫ ad occaſum laudabile nomē domini. Ecce laudabilē: Juſtus dominus in omnibus vijs ſuis: ⁊ ſanct⁹ in omnib⁹ operibus ſuis. Ecce amabilē: Ligna ergo rigida:: ligna robuſta: ligna durabilia: quelibet cōſiderationes ſunt: que mētis vigorez reparant: que cōſtantiā roborant: que perſeuerātiā cōfirmant. Ligna deniqꝫ ab omni corruptione aliena ſūt: q̄ nec maculā feditatꝭ: nec vmbrā falſitatis cōtrahunt. Pertinēt itaqꝫ eque ad ligna ſethim: ad ligna imputrabilia: de rebus corporeis quelibet aſſertio vera: ſentētia rata. Faciēda eſt itaqꝫ hec ſapiētie arca: de lignis imputribilib⁹: de ſentētijs irrefragabilibus: vt ſentiamus oīa que videntꝛ in mūdo facta ab vno deo: ⁊ creata de nihilo: nihil in his oībus diffiniētes: qd̉ differat a vero.

## Q̄ꝫ ſit copioſa huius cōtemplationis materia: et quomō̄ ſe philoſophi exercuerunt in ea: Ca. II.

Habet itaqꝫ materiam hec contemplatio: vt iam dictum eſt: omnia que ſen
b ſus corpore⁹ cōtingere pōt. Copioſa

ſane materia ⁊ ſilua nō modica. Currant om-
nes: intrēt ſinguli: nemo ꝓhibetur: eligat qſ-
ꝙ qđ magis miretur: ſuꝑabundat ſatis cuiꝙ
materia ad faciendā ſibi arcam. Diſcat tamē
quiſꝙ eligere ligna imputribilia: vt nihil ſen-
tiat cōtra traditionē verā. De hac eadē ſilua
philoſophi gentiū ſtuduerūt ſibi fabrice ſue
materiā eligere: cupiētes ⁊ ipſi nihilominꝰ ſa-
pientie ſibi arcam fabricare. Ceperunt igiť li-
gna ſecare: dolare: cōpingere: diffiniendo: di-
uidendo: argumentando: multa inuenire: te-
nere ⁊ credere. Fecerunt itaꝙ arcas multas
tenētes ſentētias varias: ⁊ cōſtituētes ſectas
innumeras. Intrātes ergo in illud nemꝰ vm-
broſum ⁊ condēſum: inſeruerūt ſe queſtioni-
bus infinitis: ⁊ tradidit deus mundū diſputa
tionibus eoꝝ: ⁊ euanuerūt in cogitationibus
ſuis: ⁊ defecerūt ſcrutantes ſcrutinio: eo ꝙ nō
poſſet inuenire homo: opus qđ operatus eſt
deus ab initio vſꝙ ad finē. Reuelauit autem
deus ꝑ ſpiritū ſuū quibus voluit: qñ voluit:
quantū de his ſcire oportuit. Quid ergo mi-
rum ſi potuerunt efficere opus admiratione
dignū: qui edocti ſunt ꝑ ſpiritū dei nolentes
ſequi ſpiritū ſuū: nec incedere volentes poſt
cogitationes adinuentionū ſuarū? Etiā tēpo
ribus noſtris inſurrexerūt quidā pſeudo phi-

loſophi fabricatores mēdacij: volētes ſibi nomen facere: ſtuduerūt noua īuenire. Nec erat eis cura: tam vt aſſererent vera: q̄ꝫ vt putarētur inueniſſe noua. Preſumētes itaqꝫ de ſenſu ſuo: putauerūt ſe poſſe facere ſibi ſapientie arcam: eūteſqꝫ in adinuētionibꝰ ſuis tradiderunt ſentētias nouas: arbitrātes ſecū ortā moriturāqꝫ ſapientiā. Et ecce cōputruerūt horū omniū alta ſapientiū arce: eo ꝙ non eſſent de lignis ſethim: lignis videlicet imputribilibus facte. Et ecce ſtulti facti ſunt oēs ꝑncipes chaneos: eo ꝙ ſtultā fecerit deꝰ ſapiētiā huiꝰ mūdi. In tantū em̄ infatuata eſt illa: quondā glorioſa mundana philoſophia: vt innumeri ex eius ꝓfeſſoribus quotidie fiant eiꝰ irriſores: ⁊ ex eius defenſoribꝰ fiant eiꝰ impugnatores: ⁊ illam deteſtātes: nihil aliud ꝓfitent̄ ſe ſcire: niſi ieſum chriſtū ⁊ hunc crucifixū. Et ecce q̄ꝫ multi q̄ priꝰ fabricabant arcā in officina ariſtotelis: tandē ſaniori ꝯſilio diſcānt ſtudere in officina ſaluatoris. Et qui prius fabricabāt vaſa cōtumelie: nūc docētur fabricare vaſa glorie: quotidie cōfitentes dn̄o in vaſis pſalmi: eo ꝙ peniteat eos feciſſe opus ꝯfuſione dignum: ⁊ diu fuiſſe fabricatores mendacij. Ubi ſunt nūc queſo ſecte achademicorū: ſtoicorū: perypatheticorū: vbi ſunt arce eorū? Ecce iā

omnes iſti dormierũt ſomnũ ſuũ: et nihil inue nerunt oẽs hi viri diuitiarũ in manibus ſuis: et reliquerũt alieniſ diuitias ſuas: et ſepulchra eorũ domus illorum in eternũ. Et ecce cõputru erunt oẽs cũ arcis ſuis: pereũtes ſimul cũ do ctrinis et traditõib9 ſuis. Sed arca moyſi ma net vſq in hodiernũ diẽ: nunq̃ firmior: nũq̃ fortior q̃ hodie: vtpote ↄfirmata p catholice fidei veritatl auctoritatẽ: eo q ſit facta de lig nis ſethim: imputribilib9 videlicet et incorru ptibilibus lignis: et oĩs ei9 narratio atq doc trina cõtexta ſit ſentẽtijs veris: et aſſertionib9 ratis. Ecce vidimus de qua materia debeat fieri: cõſequens eſt vt dicamus de menſura et modo faciẽdi: vt iuxta moyſi exemplũ ſequa mur in his omnib9: nõ noſtrũ ſenſum: ſed di uine inſtitutionis documẽtũ. Redeam9 itaq nũc ad illud cõtemplationis gen9: qd ↄſtat eẽ oĩm infimũ et primũ. Et idcirco eẽ incipien tiũ: qd etiã figurari dixim9 in hac arce deſcri ptione: ex ſola cõpagine lignorũ.

## De triplici diſtinctione prime ſpe culationis: Ca. III.

Ec igitur ſpeculatio triplici ratiõe cõ
b ſideratur. Prima eſt in reb9: ſecunda in opibus: tertia in morib9. Illa que

eſt in rebus ptinet ad arce longitudinem: illa que in operibus ptinet ad latitudinez: illa que eſt in moribus ptinet ad altitudinē. Scimus eñ lōgitudinē latitudine priorē eſſe. Similit naturaliter: latitudinē altitudinis reſpectu: locum priorē tenere. Nā longitudo ſine latitudine: et latitudo ſine altitudine poteſt intelligi: q̄uis in rerum eſſentia ab inuicez minime poſſint ſeperari. Sed altitudo ſine latitudine vel latitudo ſine lōgitudine: nec valet eſſe: nec licet intelligere. Simplex nāq lōgitudo intelligit: quādo quātitas de puncto ad punctū: ꝛ p ſola puncta diſcurrens: in lineā ſolā ſaltē cogitatione ptrabit. Simplicē latitudinē dicimus: quādo quātitatē de linea in lineam: ꝛ p ſolas lineas mente diſtendimus: ꝛ in ſuperficiem dilatamus. Nam ſicut linea eſt longitudo ſine latitudine: ſic ſuperficies eſt latitudo ſine altitudine. Altitudo aūt eſt: qñ quātitas de ſuperficie in ſupficiem deſcendit: ꝛ corpus ſolidū reddit: quod tres dimēſiones ſuſcepit. Qui ḡ hoc recte ꝯſiderat: ſat⁹ ei (vt arbitror) ꝯſtat: q lōgitudo naturaliter ſit ṗor latitudine: ꝛ latitudo altitudine. Sic ſane illa ꝯſideratio q̄ eſt in reb⁹ naturalit ṗor eſt: ꝛ illa ꝯſideratiōe q̄ eſt in opib⁹: ꝛ illa q̄ eſt in morib⁹. Quis eñ neſciat res ipſas: eaꝝ opatiōib⁹: qñq etiā

tẽpore:ſemꝑ aũt naturaliter priores eſſe:ex q̃bus ⁊ in quib⁹ quelibet operationes habent naturaliter oĩno exiſtere. Similiter mores ipſi:ſiue boni:ſiue mali circa opera quidẽ ſolẽt ⁊ debent ꝯſiderari. Nã opera vtiqꝫ hominuꝫ magna ex parte inquãtum ſũt ordinata ⁊ moderata:ꝑtinent ad mores bonos:inquãtũ vero ſunt inordinata ⁊ immoderata:ꝑtinẽt nihilominus ad mores malos. Unde ſatis conſtat ꝙ queadmodũ eſt prior cõſideratio rerum q̃ꝫ operũ:ſic naturaliter prior eſt ꝯſideratio operũ q̃ꝫ morũ. Recte itaqꝫ dictũ eſt:ꝙ cõſideratio rerũ ꝑtineat ad arce noſtre longitudinem: cõſideratio operũ ad latitudinẽ: conſideratio aũt morũ ad ipſi⁹ altitudinẽ.

## Qr primus gradus huius ſpeculationis conſideratur in materia:forma ⁊ natura: Ca. IIII.

Ripartitã aũt triũ illarũ cõſideratio prima. Prima itaqꝫ hui⁹ ſubdiuiſionis ꝯſideratio eſt in materia:ſecunda in forma:tertia in natura. Materiã ⁊ formaꝫ viſu corporeo facile deꝑhendimus:nã lapidẽ a ligno:triangulũ a quadrato ſine errore diſcern⁹mus. Illud aũt qđ ad naturã ꝑtinet:partim expoſitũ eſt ſenſui:partim aũt ꝓfundius

latens repoſitũ eſt rationi. Natura ſiquidem cõſideratur in rerũ qualitate intrinſeca: quẽadmodũ ⁊ forma cõſiſtit in qualitate extrinſeca. Qualitas aũt rerũ interior ex magna parte corporeo ꝑcipitur ſenſu: ſicut ſapores guſtu: odores olfactu. Illã aũt nature vim: que rebus medullitus impꝛ̃ſſa ꝓfundius introrſũ latet: nunq̃ homo ſenſu carnis adire poſſet: etiã ſi minime peccaſſet. Verũtamen ingenij ſui acumine eã facile ꝓſpiceret: ſi ratiõis oculus pctĩ nube obductus ſub erroꝛiſ nebula nõ caligaſſet. Modo aũt ignorantie tenebris inuoluti quotiẽs de ea aliquid querimus: ꝑ experientie argumẽta palpamus potius q̃ videmus. Patet itaq; ratio: cur arce noſtre longitudo iuxta dominicũ documentũ nõ debeat: vel potius nõ valeat habere: niſi duos cubitos: ⁊ dimidiũ. Ibi em̃ ſciẽtia humana cubitũ plenum habet: vbi certitudinẽ tenet: vbi ea que ſciri opoꝛtet ſenſu aliquo cõpꝛehendere valet. Habet ergo ſenſus corpoꝛeꝰ cubitũ in cõſpectione materie: habet aliũ cubitũ ĩ cõſideratione foꝛme: habet cubitum dimidiũ in ꝑceptiõe nature: quã nõ penetrat niſi ex ꝑte. Partim em̃ vt dictũ eſt expoſita ẽ ſenſui: partim repoſita eſt ratiõi. Hec itaq; tria materia ſcz foꝛma ⁊ natura: q2 in ſubſtantia corpoꝛea

ſimul ſunt: et a ſe iuicē diuidi nō poſſūt: ſe q̄ſi in lineā extendunt: ꝛ ad arce longitudinē ſe ꝑtinere oſtendunt.

## Qꝫ ſecūdus grad⁹ ꝯſideraƭ in operatione nature: ꝛ induſtrie: Ca. V.

e Xercitata itaqꝫ mens ſm hanc triplicem cōſiderationē que eſt in ſpeculatione rerū: debet ſe cōſequēter transferre ad ſpeculationē operū: vt cum didicerit cōſiderationē ſuam: ꝛ ad opera naturalia: et opera artificialia extēdere poſſit arce noſtre latitudo ꝑfinite magnitudinis menſurā accipere. Alia eſt enim operatio nature: atqꝫ alia induſtrie. Operationem nature facile deprehendere poſſumus: vt in graminibus: arboribus: animalibus. In graminib⁹ quō creſcūt: matureſcunt. In arboribus ſimiliter: ꝗ frondent: florēt fructificant. In animalib⁹ quō cōcipiunt ꝛ pariunt: ꝗ alia naſcunƭ: ꝛ alia moriuntur. Deniqꝫ quotiēs attendimus quō orta occidunt: ꝛ aucta ſeneſcunt: in naturalis operationis inſpectione mentē noſtrā exercem⁹. Opus artificiale: opus videlicet induſtrie cōſideratur in celaturis: texturis: in ſcripturis: in pictura magiſtri: in cultura: ꝛ in ceterꝭ operibus artificialibus: in quibus omnibus innumera inuenimus pro quibus diuini muneris

dignationem digne mirari et venerari debe-
mus. Opus itaqꝫ naturale: et opus artificia-
le: q꞉ ſibi inuicē cooperanť: quaſi ex latere ſi-
bi altrinſecus iungūtur: ⁊ ſibi inuicem mutua
cōtemplatione copulanť. Certū ſiquidē eſt:
ꝙ ex naturali operatione opus induſtrie ini-
tiū ſumit: cōſiſtit ⁊ cōualeſcit: ⁊ oꝑatio natura
lis ex induſtria ꝑficit: vt melioꝛ ſit. In opere
artificiali ſcientia humana cubitū habet: q꞉ ſi
illud cōpꝛehēdere nō valeret: ipſum vtiqꝫ nō
inueniſſet. Sed in opere naturali plenū cubi-
tū hr̄e nō potuit: q꞉ ipſū nō niſi foꝛte ex par-
te cōpꝛehēdit. Quid ex qua re naſci ſoleat: fa-
cile diiudicat. Nam nec poma in vite: nec ra-
cemos in ſegete: nec frumentū querit in arbo-
re. Verūtamen quid hoꝛuꝫ: vel quelibet alia
res ex alia qualiter naſci ſoleat: qͥ explicare
ſufficiat. Quādo ergo ingenij noſtri acumen
in hac gemina naturalis ⁊ artificialis operis
cōſideratione circūquaqꝫ ſe diffundit: ⁊ mira
intelligētie viuacitate multiplicit̄ huc illucqꝫ
diſcurrit: Arce noſtre latitudo ſm̄ diuine in-
ſtitutionis modū cōgruā menſurā accipit.

## Q꞉ tertius huius ſpeculatiōis gra dus cōſiſtit tam in humanis ꝙꝫ in di- uinis inſtitutionibus: Ca. VI.

p Oſt primā itaq̄ cōſiderationē que ē in rebus:et ſecundā que eſt in operibus:ſequitur tertia que cōſtat in moribus: quā ad arce noſtre altitudinē ptinere iā diximus. Diſciplina itaq̄ moꝝ partim ex inſtitutione diuina:partim ꝓceſſit ex inſtitutione humana. Ad diuina inſtituta:ptinent diuina obſequia: ꝛ q̄libet eccleſie ſacramenta. Ad inſtituta humana: ptinent hūane cōſuetudines: vrbanitates:plebiſcita:iura ciuilia: ꝛ huiuſmodi alia multa. Humana inſtitutio ꝓpter vitā inferioꝛē: diuina inſtitutio ꝓpter vitā ſuperioꝛem. Illa ad optinendā ſalutē: ꝛ tranq̄llitatē vite tēpoꝛalis: iſta ad capeſcēdā ſalutē ꝛ plenitudinē eterne beatitudinis. In humana inſtitutione ſciētia humana cubitū habere poteſt: qꝛ illud qđ inuenire pōt: illud nimirū cōpꝛehendere pōt. In ſacramentis diuinis duo eſſe nō dubitamus. Aliud eſt eñ qđ exterius in re vel in opere cernim᷒: atq̄ aliud virtus illa ſpūalis que latet intrinſec᷒. Rē itaq̄ ſacramenti: que intrinſecus latet: credere potes: videre aūt oīno nō potes. Et idcirco ſciētiam tuam in hac parte vſq̄ ad plenum cubitum extēdere nō potes. Hec autē vltima ſpeculatio que eſt in moꝛibus: ad arce noſtre altitudinem ptinet: ſicut ſuperius iam diximus.

¶Reuera ſiquidē qñ humana inſtitutio diuine ſubſeruit: ex vtraq; anim⁹ pficit: ⁊ ad alta tē dit. ¶Nam anim⁹ qui illis que ad primā vel ad ſecundā cōſiderationē ptinent inheret: abſq; dubio adhuc in imo iacet. Sʒ q̄to his q̄ ad tertiā ptē ſpectāt pfecti⁹ inheſerit: tāto pfecto ad altiora aſcēdit. ¶Notādū ſane q̄ opatio naturalis ⁊ diuina inſtitutio plenū cubitum habent in re: ſed nō niſi ſemiſſem habere poſſūt in noſtra cognitione. Ecōtra autē artificialis operatio ⁊ humana inſtitutio vix ſemiſſeʒ haberent in re: plenū autē cubitū habere poſſūt in noſtra cognitione. Cū igitur anim⁹ in hac triplici ſpeculatione plene exercitatus fuerit: arce noſtre menſure congruā ſibi magnitudinē quaquauerſum accipit. In hoc cōtemplationis genere ſeipſum pheta exercuiſſe oſtēdit: cū dicit: Meditatus ſum in omnib⁹ operibus tuis. Et alibi. Quia delectaſti me inq̄t dñe in factura tua. Et alibi in eorū admiratione exclamat: Q̄ magnificata ſunt opera tua dñe: oīa in ſapientia feciſti. Et multa de eiſdē operibus in eodē pſalmo explicando cōmemorat. Totū itaq; hoc primū ꝯtemplatiōis genus recte quidē in ſeptē gradus diſtinguere poſſumus. Primus nāq; cōſiſtit in illa admiratione rerū que ſurgit ex cōſideratōe ma

terie. Secūdus aūt gradus cōſiſtit in illa ad/
miratione rerū: que ſurgit ex cōſideratiōe for
me. Tertius vero cōſiſtit in illa rerū admira/
tione: quā gignit cōſideratio nature. Quart⁹
autē huiuſmodi ꝯtemplatiōis gradus verſat̄
in cōſideratione ⁊ admiratione operum circa
operationē nature. Quint⁹ nihilominꝰ verſa/
tur in ꝯſideratione ⁊ admiratione operū: ſed
ſm̄ opationē induſtrie. Sext⁹ vero grad⁹ cō/
ſtat in cōſiderādis ⁊ admirādis inſtitutionib⁹
hūanis. Septim⁹ deinde ſubſiſtit in ꝯſiderā/
dis ⁊ admirādis inſtitutionib⁹ diuinis. Hi ſe/
ptem gradus aſcēſionis primo occurrūt his
qui montē dn̄i aſcendere: vel ad illud ezechie/
lis templū intrare cōtendūt. His ſeptē gradi
bus ad exteriores portas in atriū exterius in/
tratur: ⁊ in ſeptem inquit gradibus aſcenſus
eius. Habes ergo quibus gradibus inchoa/
tionis debeas inſiſtere: quiſquis cupis contē
plationis arcē apprehēdere. Quō aūt hoc cō
templationis genus in imaginatiōe cōſiſtat:
vel ſm̄ imaginationē diſcurrat: ſupior ratio
pdocuit: ⁊ hic iterare nō oportebit.

## Qꝫ ſecundū cōtemplationis gen⁹ cōſtat in cōſideratione: ⁊ admiranda rerū viſibiliū ratione: Ca. VII.

n Nunc quō de primo cōtemplatōis ge
nere: que interim dicenda videbant̄:
quō potuim⁹ iam diximus. Ad ſcđm
qđ ꝑ arce deaurationē deſignari: iā dictū eſt
tranſeamus. Si ḡ primū cōtēplationis gen⁹
recte intelligit̄ eſſe in ſpecie rerū corporaliuꝫ:
conſequēter (vt arbitror) intelligi oportet: ſe-
cūdū ꝯtēplationis gen⁹ eſſe in ꝑſpicieda rōne
earūdē rerꝫ. Totiēs igit̄ i deauratōe arce nr̄e
occupamur: quotiēs rerū viſibiliū rōeꝫ rima
mur: ⁊ in eiuſdē rōis inuēte ⁊ ꝑſpecte admira-
tōe ſuſpēdimur: q̊tiēs attēdētes ītelligim⁹: et
intelligētes attēdim⁹: hui⁹ mundane machi-
ne oīa q̄ vident̄: q̄ꝫ ſint mirabilr̄ facta: q̄ꝫ ꝯue-
niēter ordinata: q̄ꝫ ſapiēter diſpoſita: arcā no
ſtram deauram⁹: q̄ncūqꝫ rei cām: modū ⁊ ef-
fectū: vtilitatē ⁊ rationē ꝯſideram⁹. O quāto
ſciētie auro abundabat: qđ ei ad toti⁹ arce ſcꝫ
deaurationē ſufficere poterat: qui veraciter
dicebat. Mihi autē dedit deus ex ſentētia di
cere. Ipſe eñ dedit mihi horū que ſūt ſciētiā
verā: vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarꝫ: et
virtutes elementorꝫ: initium ⁊ cōſūmationē
temporum: viciſſitudinū ꝑmutationes: ⁊ di-
uiſiones temporum: anni curſus: et ſtellarum
diſpoſitiones: naturas animaliū: ⁊ iras beſti-
arū: vim ventorū: ⁊ cogitationes hominum:

ꝛ differentias virgultoꝛū: ꝛ virtutes radicuꝫ. Deniqꝫ audi: quid ad extremū inferat: vt plenius intelligas: in deaurationis ſue opus q̄nta eiuſmodi cenſus copia abūdabat. Et quecunqꝫ inquit ſunt abſconſa ꝛ improuiſa didici. Cōſtat ergo arce noſtre deauratio: in contemplanda ratione diuinoꝝ operū: iudicioꝝ: ſacramentoꝛū: ꝛ humanarū nihilomin⁹ actionū: vel inſtitutionuꝫ. Simus deniqꝫ parati ſm documentū petri: omni poſcenti reddere rationē: ꝙ de ea fide ꝛ ſpe que in nobis eſt. Arce noſtre ſup̄ma vel exterioꝛa deaurauimus: qui diuinoꝛū ſacramentoꝛū ſeu etiā iudicioꝝ rationē exponendo cōmēdare nouimus.

## Q̄ ſit copioſa contēplationis materia: Ca. VIII.

q Ui igit̄ ad ſecundā contemplationis huius ſpeciē iā ꝓfecit: in tanta ꝓlixitate materie copioſe ſatis īuenit: vbi ſpeculationis ſue vela pandat: vbi diſputationis ſue nauigia exerceat. Quis em̄ nō videat ꝙ̄ late pateat hmōi ꝯſiderationis pelag⁹: ꝙ̄ multipliciter ſe diffūdat hoc mare magnū ꝛ ſpacioſum manibus: In huius admirationis immenſitate exclamat ꝓpheta: Judicia tua īquit abyſſus multa: abyſſus ꝓfecto mul

ta:et magna iudicia dei occulta. Multa nu/
meroſitatemagna ꝓfunditate:plane infinita:
plane inſcrutabilia. Hinc illa miranda ſpecta
cula eorum qui vident mirabilia in ꝓfundo.
Quãta eñ mirabilia putas vident in hoc ꝓ/
fundo:illi qui deſcendũt mare in nauib⁹:faci/
entes operationẽ in aquis multis: Multi ſi/
quidẽ ſunt qui couenũt ad hoc mare mag/
num ⁊ ſpacioſum. Sed alij ad tranſfretandũ:
alij ad piſcandũ. Ad tranſfretãdum quidẽ illi
qui cupiunt tranſire de gente ad gentẽ: ⁊ de
regno ad populũ alterũ. Sed qui inter eos
ſunt piſcatores hominũ: veniũt ſane ad piſcã
dum: laxantes retia ſua in capturã: mittẽtes
nunc ad ſiniſtrã:nũc ad dexterã nauigij rete:
ad dñi preceptũ includunt ſepe multitudinẽ
piſciũ copioſam:vagos ſcꝫ hominũ ſenſus af
fectuſq꜄ lubricos cõcludentes ac extrahentes
in ſiccũ. Sed nec ſemꝑ eadẽ retia: ſicut nec in
eandẽ ſemꝑ capturã mittunt. Nunc ergo ar/
gumentationũ:nunc exhortationum retia la/
xant. Aliquando ad probandũ aliqͦd verum:
aliqñ ad improbandũ falſum: aliqñ ad elicien
dum aliqͦd occultum:aliqñ ad ꝑſuadendũ iu/
ſtũ:aliqñ ad diſſuadẽdũ aliqͦd iniuſtũ. Iſti ſa
ne qui nouerunt facere hmõi operationem in
aquis multis: Iſti inquã ſunt qui vident mi/

rabilia in ꝓfundo. Ab iſtis etem̄ trahit ſapiē/
tia de occulto. Audi quid dicat magnꝰ ille cō
templatoꝛ ſapiētie: Q̄ȝ magnificata ſunt opa
tua domine: omnia in ſapiētia feciſti. Omnia
inquit in ſapientia feciſti: abſqȝ dubio miran/
da erant: que viderat: qui ſic exclamabat. Ui
debat ſane mirabilia in ꝓfundo: ꝛ ſapientiam
trahebat de occulto: qui oīa in ſapiētia facta
depͤhendit: ꝛ indubitāter agnouit: ꝙ ſapiētia
attingeret a fine vſqȝ ad finē fortiter: ꝛ diſpo/
neret oīa ſuauiter. Ecce quō in omnibꝰ operi/
bus diuinis hinc aurū ſapiētie apparebat: au/
rū ſapientie lucebat: quō in eius oculis ſapiē/
tie diuine claritas oīa operuerat. Iſte ꝓfecto
bn̄ nouerat: facileqȝ poterat arcā ſuā deaura/
re: īmo conſtat ſatis eū iam arcā ſuā ab omni
pte auro obduxiſſe: q̇ ſic p̄ admiratōis ſue ma
gnitudine cogit̄ exclamare: Oīa in ſapientia
feciſti. Conemur ꝛ nos quātū poſſumꝰ: ꝛ de/
ſudemus in arca noſtra deaurāda: vt appare/
ant etiā nobis diuina opera: oīa in ſapiētia fa
cta: vt inquātū licet ītelligamꝰ: ꝛ q̄ intelligere
nō licet ſaltē ſine heſitatiōe credamꝰ oīa in ſa
piētia facta: nec ſolū ea que facit: ſed ꝛ q̄cūqȝ
fieri pmittit: nunq̄ȝ ſine rōnabili ꝯtingere cā:
nec ſine diuina q̄ȝuis occulta actitari iuſticia.

## Quomodo ſe philoſophi in hu/

ius contemplationis materia exercu
erunt: Ca.IX.

ſ Ed neq; hic ſilentio pretereundū pu
to: quomō huius mundi ſapiētes ſtu
duerunt arcas ſuas deaurare: vt vel
ſic pudeat nos in arce noſtre deauratione nō
laborare. Satagebant itaq; ⁊ ipſi gētiū phi/
loſophi ſapientiam trahere de occulto: occul
tas rerum cauſas rimātes: ⁊ vſq; ad abditos
nature ſinus ingenij ſui acumine penetrantes
eruebant aurum de ꝓfundo. Ceperunt ergo
latentes rerum cauſas inueſtigare: inuenire:
⁊ palam ꝓferre: ⁊ dubia queq; nō dubijs aſ/
ſertionibus ꝓbare. Inuenerunt itaq; multa
inueſtigatione ꝓfunda: et admiratione dig/
na: vnde tremor terris: quare maria alta tu/
meſcunt: ⁊ cetera multa in hunc modū inueni
entes: ſcriptoq; commēdantes: ad poſteros
tranſmittere curauerunt. Arcam itaq; ſuā ex
magna parte: ſed exterius tantū deaurare po
tuerunt. Nam vt eā intrinſecus deaurarent:
erat eis parua cura: poſſibilitas nulla. Cito ſi
quidem eorū defecit pecunia: nec erat eis au/
ri tanta copia quo poſſent eam deaurare in/
trinſecus: quippe quibꝰ pecunia defecerat: ad
eā ex ꝑte nature ex integro deaurādā extrinſe
cus. Nō erat eñ eiuſdem facultatis phiſicas

rerũ rationes inuenire: ꝛ occultas in his q̃ accidunt iuſticie cauſas diiudicare. Lõge aliud eſt latentes rerũ cauſas ſm phiſicam rationẽ inueſtigare ꝛ aſtruere: ꝛ longe aliud diuinoꝛũ iudicioꝛũ rationẽ nõ ignoꝛare. Inueſtigatio nature ad arce noſtre deaurationẽ extrinſecã: aſſertio diuine iuſticie ptinet ad deaurationẽ intrinſecã. Ad hãc vtiqꜫ penitus defecerunt: putãtes caſu potius q̃ꜫ diuino nutu oĩa accidere: ſacrãteſqꜫ aram foꝛtune crediderũt deũ res hũanas minime curare: ꝑ eo qꜫ cernerent eque cõtingere bona: ꝛ mala bono: ꝛ malo iuſto ꝛ iniuſto: immolãti victimas ꝛ cõtemnẽti eas: ꝛ ipſe cuiꝰ palpebꝛe interrogãt filios hominũ oꝛiri faciat ſolem ſuũ ſup bonos et malos: ꝛ eque pluat ſup iuſtos et iniuſtos. Nos autẽ quibus abũdat iã aurũ tã de emolumento laboꝛũ noſtroꝛũ: q̃ꜫ de ſpoliis egyptioꝛuꜫ: arcã noſtrã veſtire curemus: nõ ſolũ exterius verũ ꝛ interius. Attẽdamus quomõ in ſapiẽtia ſua fecit hec omnia: quomõ ſapiẽtia ſua fũdauit terraꜫ: ꝛ ſtabiliuit celos pꝛudẽtia. Quõ ſapĩa illiꝰ eruperũt abyſſi: ꝛ nubes roꝛe cõcreſcunt: ꝛ arcã noſtrã deaurauimus: ſed extrinſecus. Cõſideremus nihilominꝰ: qm̃ vniuerſe vie dñi miſericoꝛdia ꝛ veritas: quõ ſit iuſtꝰ dominꝰ in omnibꝰ viis ſuis: ꝛ ſanctꝰ in oĩbus

operibus ſuis: ⁊ deaurauim⁹ eā intrinſecus. Quō putas oēm lignorū pulchritudinē in arca ſua auro obduxerat: qui manifeſte dep̄hendebat: ꝯſtanterq̄ de dn̄o affirmabat: quoniā miſerationes ei⁹ ſup oīa opera eius. Studeamus ⁊ nos iuxta exemplū ꝓphete auro huiuſmodi oīa tegere: et eo vſq̄ ſub tali fulgore abſcondere: quaten⁹ in cōparatione diuine rationis atq̄ diſpoſitiōis: p quā facta ſunt: atq̄ diſpoſita exteriorū omniū pulchritudo ī oculis noſtris appareat parua vel nulla.

## De diſtinctione ſecunde contemplationis: Ca. x.

ſ Uperius vbi de primo cōtemplationis genere locuti ſum⁹: ſeptē illud gradibus diſtinximus. Longū eſſet mō ſingulos pcurrere: ⁊ quō p omnes cubitos tā in longitudine q̄ꝫ in latitudine: vel in altitudine arca deaurari debeat oſtendere. Sed ne nimis hoc longū faciamus: his interim ſupſedere melius iudicauim⁹. Si quis aūt ſatagat ſe in hoc opus accingere: ⁊ arcam ſuā ambiat auro ſupducere: nihil exteriorib⁹ ſcientijs obeſt: ⁊ ſecularib⁹ diſciplinis ſapiē aurū mutuare: dūmodo ſciat ipſū ab omni falſitatis vel vanitatis ſcoria mūdare: ⁊ ad plenā pfectāq̄ꝫ

puritatē: ꝛ qualē huius operis dignitas exi-
git medullitus excoquere. Diximus autē ar-
ce noſtre deaurationē conſtare in aſſignanda
rerū viſibiliū ratione. Quis autē neſciat quō
tota pene mundana philoſophia in hoc ma-
xime laborat: vt latētes rerū viſibiliū cauſas
ſagacitatis ſue inueſtigatiōe inueniat: ꝛ in pa
lam pducat? Uide ꝙ magnas: ꝙ multas do-
ctrine opes: ſciētieqꝫ gazas: preclara illa phi-
loſophorum ingenia cōquiſierunt: repoſue-
runt: tibiqꝫ in eiuſmodi vſus reliquerūt. Ue-
rumtamē hec omnia (vt dictum eſt) in ſolam
extrinſecam arce deaurationem ſufficere poſ-
ſunt. Si autē eam intrinſecꝰ deaurare cupis:
melius tibi in eiuſmodi vſus a chriſtianis the
ologis: ꝙ a mūdi philoſophis materiā requi
ris. Uerūtamē ſicut illorū defecerūt gaze ad
arce deaurationē extrinſecā: ſic nec iſtorū ſuf-
ficere poſſunt: ad eius deaurationē intrinſe-
cam. Nam nec illi occultā rerum naturā ple-
ne pſpicere potuerūt: nec iſti occultam dei iu-
ſticiam pfecte penetrare valuerunt. Sed ecce
vnum adhuc tibi theſaurorū oſtēdimus: quē
in id negocij ꝛ ſuperabundantē ꝛ indeficientē
eſſe cognouimus. Certe vbi intelligentie au-
rum defecerit: fidei obriſum deeſſe non pote-
rit. Sane ſi omnia philoſophorū dicta: ſi om

nia catholice ꝑtractata perlegere:memorieqꝫ cõmendare potueris:innumera tamẽ in ſecretioribus nature ſinibus: in diuinorũ iudiciorum archanis inuenies: quorum rationẽ penetrare nõ valebis:ſed que intelligere nõ potes :credere potes. Quorꝫ igitur rationem ꝑſpicere non vales:nihilominus tamẽ ex fidei regula iuſta ꝛ ordinata non dubites. Idcirco tibi in eiuſmodi dicitur: Si non credideritis nõ intelligetis. Crede ergo cuꝫ beato iob: quia nihil fit in terra ſine cauſa. Crede quia iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa: ꝛ deauraſti arcam tuã extra ꝛ intra.

## De proprietate ſecunde contemplationis: Ca. XI.

Ictũ eſt aũt hoc cõtemplatõis genꝰ hoc habere cõmune: cũ ſuꝑiori imaginatione videlicet verſari: ꝛ circa rerũ viſibiliũ atqꝫ imaginabiliũ cõſideratiõẽ occupari. In hoc tñ maxime diſtant:ꝙ in illo quidẽ nihil ratiocinãdo querit̃:ſed totum ſm imaginationẽ ducitur: iſtud autẽ ſm ratiocinationẽ texitur:et ſm rationẽ format̃. Illud autẽ eſt in imaginatione ſm imaginationem: iſtud vero in imaginatione ſm rationeꝫ. Notandum autem ꝙ nec in ea quidem parte que fidei innititur:potius ꝙ̃ intelligentia texitur:

nec in ea inq̃ parte ꝓprietatis ſue terminos vſq̃quaq̃ tranſgredit̃. Cũ eñ innumera dei opera diſcreta ⁊ ordinata: cũ innumera eius iudicia iuſta ⁊ vera: intelligẽtie ſue viuacitet̃ ꝓſpiciat: ex his que recta eſſe intelligit: recta ⁊ illa eſſe ꝑpendit: quorũ rationẽ penetrare nõ ſufficit. Uides ergo q᷑ hec ſpeculatio: nec ibi quidẽ vbi fidei veſtigia ſequit̃: a ratiocinatio nis ſue tramite penit⁹ abducit̃. Adeo autem hec de qua modo loquimur ſpeculatio ſm rationẽ agit̃: vt ipſa etiã imaginatio in ea ſm rationẽ diſponi ⁊ ordinari videat̃. Nã in prima quidẽ cogitatio: quo eã ducit admiratio ſolaꝫ ſequit̃ imaginationẽ. In hac aũt ipſa imaginatio format̃: diſponit̃: ⁊ moderatur ꝑ rationẽ. Dũ eñ quis rerũ viſibiliuꝫ rationẽ tacita inueſtigatiõe querit: nõ ſolũ eas ſibi ſub alio ordine ꝓponit: q̃ eas per ſenſum inuenit: verũ etiã ſub alia ſepe forma depingit. Eo enim citi⁹ inuenit rationẽ: cur ita fieri vel ordinari debuiſſent: quo videt mala que ſequerent̃ ſi aliter eſſent. Sicut eñ ĩ priori imaginatio p⁹ ſe cogitationẽ trahit: ſic in iſta ratio imaginationẽ circũducit atq̃ diſponit. Idcirco auteꝫ vtraq̃ ĩ imaginatione cõſiſtere dicit̃: q᷑ circa illa quidẽ vtraq̃ ꝑ intentionẽ vel inueſtigationẽ occupat̃: que quotiẽs volumus ꝑ imagi-

natione repſentamus. Quotieſcuq̃ eni ani/mus in hac gemina ſpeculatiõe p diuerſa ſpectacula rapit: ſemp ſpeculãtis obtuit⁹ p intentionis ſue ꝓpoſitũ vel ſtudium in imaginatione defigitur.

## De tertio contemplationis genere: Ca.XII.

n Unc vero de tertio cõtemplationis genere videamus. Ad hoc itaq̃ gen⁹ ptinet: quotiẽs p rerũ viſibiliũ ſimilitudinẽ rerũ inuiſibiliũ qualitatẽ depbendimus: quotiẽs p viſibilia mũdi inuiſibilia dei cognoſcimus: ut cõſtet qd̃ ſcriptũ reperitur: q2 inuiſibilia dei a creatura mũdi p ea que facta ſunt intellecta cõſpiciunt. Recte autẽ hec cõtemplatio: que vt ad inuiſibilia aſcẽdat: baculo ſe corporee ſimilitudinis ſuſtẽtat: ⁊ q̃daʒ (vt ita dicã) corporaliũ ꝓprietatũ ſcala ſe ad alta ſubleuat. Recte inquã hec ꝯtẽplatio per coronã arce deſignat: que ab inferiori quideʒ parte ligno affigitur: ſed a parte ſupiori ligni menſurã ſupgredit. Corona itaq̃ ſupiora arce ambit: ⁊ ex parte infra lignuʒ deſcendit: ex parte tñ maiori menſurã ligni tranſcẽdit. Sic nimirũ: ſic iſta ſpeculatio vſq̃ ad indagãdas rerũ corporeaꝝ ꝓprietates ſponte ſe inclinat:

vt habeat vnde ex iſtis ad illa ſimilitudinem trahat. Verūtamē ſe latius expandēs inferiorum anguſtias intra ſe includit: nec his contēta que ex ſimilitudine colligit: ſed alia ex alijs argumētando cōijciens: ⁊ ratiocinando colligens: cōſequentiū executione omnē corpoream ſimilitudinē lōge poſt ſe relinquit: et arce noſtre ſuprema alta cōſideratione trāſcendit. In hunc itaqꝫ modum arce corona innititur: dū in altū erigitur: quia cōtemplantis anim⁹ ad inuiſibilia cōprehendenda ex rerū viſibiliū ſimilitudine nō parū adiuuat̄. Tunc autē corona ſupra arcam ſe expandit latius: ⁊ erigit altius: quādo ſubtilis cōtemplator manifeſte cōprehēdit bona inuiſibilia viſibilibus: ⁊ multitudine ampliora: ⁊ dignitate excellentiora. Longe enī copioſior eſt bonorū inuiſibilium magnitudo: ꝙ vt eam rep̄ſentare poſſit corporalium ſimilitudinuꝫ tanta multitudo. Habent autē corporea omnia ad inuiſibilia bona ſimilitudinē aliquā: ſed alia infimā quādam: ⁊ valde longinquaꝫ et pene extraneam: alia autem viciniorē ⁊ manifeſtiorem: ⁊ quanto ꝓpinquiorē tanto euidentiorē: et ſuꝑ hec alia valde ꝓpinquam ⁊ cognatā (vt ſic dicaꝫ) ⁊ penitus expreſſam: intantū vt videant̄ inuiſibilibus iam nō ap̄propinquare: ſed inherere

⁊ inſeri potius ꝙ̄ accedere. Ab ipſis ḡ que ad illa vicini⁹ aſcēdūt: ⁊ que inuiſibiliū imaginē euidētiorē gerūt: debem⁹ vtiqꝫ ſiſitudinē trahere: vt ad ea que ꝑ expientiā nō nouim⁹: ꝑ ea q̄ cognouim⁹ intelligētia nr̄a poſſit aſcēdere. Hinc eſt ꝙ corona arce nō vſqꝫ ad eius inferiora deſcendit: que tamē ſe ei in eius ſuperioribus cōiungit.

## Quō in hoc ꝯtēplatōis genere hō incipiat eſſe ſpiritualis: Ca. XIII.

In hoc primo ſtatu docet homo eſſe animalis: ⁊ diſcit effici ſpiritual': eo ꝙ tūc incipiat ſpūalia ſpūalib⁹ cōꝑare: et reformari in nouitate ſenſus ſui: ſatagēs q̄tidie magis: magiſqꝫ ſapere que ſurſum ſunt: nō que ſuper terrā. Magnus vtiqꝫ labor conſueta deſerere: ⁊ inolitarū cognitionū vel cogitationū infima in imo relinquere: ⁊ alta per ſcrutatōe de terrenis ad celeſtia euolare. Hic primo illa que docet hominē ſcientiam dei ſapientia: lux illa que illuminat omnē hominē venientem in hunc mundum incipit ſe ingerere: et lucis ſue radios nunc mētis oculis infundere: nūc ſubtrahēdo iteꝝ abſcōdere. Crebro itaqꝫ animū luſtrat: et nūc ad alta euolat: elevat ⁊ iteꝝ ad ima deponit: ⁊ ſibi relinquit: ſ iterū

inopinate redit: ꝛ vbi nõ ſperabat̃ occurrit: et ſe hilarẽ oſtendit. Incipit hic demũ quoddã mire viſionis preludiũ: ante intuẽtis aſpectũ formare: ꝛ ſicut aquila ꝓuocans ad volandũ pullos ſuos: aſſiduo reuolationũ ſuarũ euolatu: ꝛ reuolatu ſeipſam in diuerſa rapere: ꝛ cõtemplantis animũ ad volandi deſideriũ primo icitare: ꝛ q̃nq3 ad plenũ volatũ ꝑfecte informare. Hic primũ animus antiquã dignitatẽ recuperat: ꝛ ingenitũ ꝓprie libertatis honorẽ ſibi vendicat. Quid eñ ſpiritui rationali tam alienũ: quid indigne ſeruituti ta3 obnoxium: q̃3 vt illa creatura que vere ſpũalis eſt ſpũalia ignoret: ꝛ que ad inuiſibilia ꝛ ſumma bona facta eſt: ĩ inuiſibiliũ contẽplationẽ: nec ſaltẽ aſſurgere quãto min⁹ ſtare valeat: Hinc (vt arbitror) ſatis apparet hmõi ſpeculatiõis familiaris aſſiduitas: et aſſidua familiaritas: que tertiũ locum tenet: q̃3 recte per coronam deſignatur: q̃3 cõuenienter corona nominat̃: ꝑ quã victor animus coronat̃. Hanc itaq3 ſpiritualis ſcientie coronã accepit: quiſq̃s ab huius exilij erũnis: ad inuiſibiliũ gaudiorum libertatẽ mentis cõtemplatione trãſire potuit: vbi tandẽ ſpirit⁹ ille rationalis: qui diu ſederat in tenebris: ꝛ in vmbra mortis: vinctus in mẽdicitate ꝛ ferro: diſcuſſis tandẽ tenebris ig

noꝛantie: diruptis catenis cõcupiſcẽtie: in ei⁹ ſane virtute: que educit vinctos in foꝛtitudine cõterens poꝛtas ereas: ⁊ vectes ferreos con/ fringens inueterate ꝯſuetudinis: ⁊ obdurati/ onis anguſtias ſuperãs: ꝑ mediã infinite mul titudinis aciem: infimoꝛũ deſiderioꝛũ et car/ naliũ cogitationũ vndiqꝫ occurſantiũ: ⁊ vſqꝫ quaqꝫ obſiſtentiũ violẽter erumpit: ⁊ vix tan dem ſe in ſui iuris palaciũ recipit: dũ ſe in cele ſtis habitaculi ſoliũ totum colligit: vt de cete ro cũ ſuis cõmilitonibus: ſimilibuſqꝫ trium/ phatoꝛib⁹ fiducialiter pſallere poſſit: Noſtra cõuerſatio in celis eſt.

## De diſtinctione eoꝝ que ad hanc ſpeculationẽ ꝑtinent: Ca. XIIII.

Otandũ autẽ ꝙ coꝛone noſtre nulla
n mẽſura ꝑſcribitur: ſed in eoipſo ꝙ co rona nominaꝫ: eius menſura ex maio ri parte determinaꝫ. Nã coꝛonã nõ nomina/ ret: ꝙ ſuperioꝛa arce ab omni parte nõ cinge/ ret atqꝫ coꝛonaret. Juxta igitur longitudineꝫ vel latitudinẽ arce coꝛonã extẽdi vel diſtendi opoꝛtuit: vt ipaꝫ cĩgere atqꝫ coꝛonare poſſet. Conſtat itaqꝫ eã ſm dimẽſionẽ arce duos cu bitos ⁊ ſemiſſem in lõgitudine: cubitũ autem vnũ ⁊ ſemiſſem habere in latitudine. Nõ aũt

equa ratione eius altitudinẽ eſtimare poſſu-
mus: nec etiã debemus altitudini arce equa
re. Nequaꝙ eñ coronã diceret: ſi totã arcã
veſtiret: et non potius eius ſolũmodo ſupre-
ma ornaret. Sicut autẽ ſuperius iam diximꝰ
propriũ huius ſpeculationis eſt: ab inuiſibi-
libus ad inuiſibilia ſimilitudinẽ trahere: ꝛ ex
illorum cõſideratione ad iſtorũ cognitionem
ꝓpoſite ſimilitudinis aſſignatione aſcendere.
Si vna ergo vtrobiꝙ menſura fuit: ſi eandẽ
ꝓrſus hinc arca: illinc corona: tam longitudi-
nem ꝙ latitudinem habuit: quid in his aliud
oportet intelligere: ꝙ vt diſcamus ex illis om
nibus ad inuiſibiliũ inueſtigationẽ ſimilitu-
dinum rationum trahere: ex illis omnibus in-
ꝙ que diximus ad arce noſtre longitudinem
vel latitudinẽ ptinere. Pertinet aũt vt dictũ
eſt ad longitudinẽ arce in ſpeculatione rerum
ꝯſideratio materie: forme ꝛ nature. Ad eiꝰ ve
ro latitudinẽ operatio tã nature ꝙ induſtrie.
Ex his itaꝙ omnibꝰ ad inuiſibiliũ inueſtiga-
tionem cõgruas ſimilitudinũ rationes erue-
re poſſumus ꝛ debemus: ꝛ cũ eiuſmodi indu-
ſtrie vſum in ꝓmptu habuerimꝰ: quali opor-
tuit: vel decuit arcam noſtrã corona circũdu-
ximus. Dictũ eſt autẽ ptinere ad arce altitu-
dinẽ in morũ conſideratione tam humanã ꝙ

diuinā inſtitutionē: ita vt ītelligētie noſtre ar
ca plenū cubitū videatꝰ habere ex inſtitutiōe
hūana: ſemiſſem vero ex inſtitutione diuina.
Sed q̄d eſt ꝙ dicta corona videtꝰ ſola ſupiora
arce tangere: niſi qꝛ cōſtat hūana inſtituta ad
inuiſibilia ꝛ ſpiritualia: valde longinquā ꝛ oi-
no peregrinā ſimilitudinē habere. Quis illa
neſciat inuenta in vſū tꝑaliū: nō in typū eter-
norū. Creatoris aūt opa quelibet viſibilia ad
hoc ſunt creata: ſic ſunt diſpoſita: vt i pſentis
vite vſibus miniſtrarēt: ꝛ futurorū bonorum
vmbrā gererent. Unde fit etiā vt operatio in-
duſtrie inquantū imitatꝰ naturā: intantū ſe ge
ſtet inuiſibiliū: vel futurorū vmbrā. De cete-
ro aūt humana inſtituta tanto ab inuiſibiliuꝫ
ſimilitudine pegrina ſunt: quanto inuentores
eoꝝ in illorū inſtitutione nihil tale cogitaue-
runt. Quotiens tñ in iſtis ad illa aliquid ſilitu
dinis inuenimꝰ: videamꝰ ne forte in aliquam
illaꝝ ꝯſiderationū cadat: quas ſuperiꝰ lōgitu
dini vel latitudini arce aſſignauimꝰ. De diui-
nis aūt inſtitutis notandū eſt: ꝙ quedā in eis
debemus ſimplr̄ intelligere: ꝛ nihil in eis my
ſticū q̄rere. Quedā vero ꝛ iuxta lr̄e ſenſū exer
ceri debēt: nihilominus tñ myſticū aliq̄d figu
rare habent. Quia ergo in preceptis ſublimi-
oribꝰ: ꝛ ad intelligendū ꝓfundioribꝰ myſtica

intelligentia requirit: dimidius ille cubitus qui arce noſtre altitudini in diuinis inſtitutionib⁹ aſcribit: quaſi in ſuis ſuperiorib⁹ corona aurea decorat. Sed nec in hac quidē parte ſimilitudinis accōmodatio: ab illarū quinq; ſupradictarū cōſiderationū proprietate penitus recedit. Unde eſt q corona ita ſe iuxta longitudinē latitudinēq; arce diſtendit: vt ipſā vndiq; ambire poſſit.

## Quō hoc ſpeculationis genus recte in q̄nq; gradus diuidit: Ca. XV.

r Ecte itaq; tertiū cōtemplationis genus in quinq; gradus diſtinguit ſm quinq; dictos illos cōſiderationū modos: ex quibus inuiſibiliū inueſtigatione ſimilitudinū ratio querit vl aſſignat. Cū eñ ſimilitudo ex aliquo ad aliquid aſſumitur: ſm eoſdē modos vario ordine format. Primus itaq; modus eſt: qñ ſimilitudo ſumit ex eo vñ ipſum eſt: vel potius ex eo qđ ipſum eſt. Secūdus ⁊ terti⁹ ſimilitudinē trahit: ex eo qđ in ipſo eſt. Quartus ⁊ quint⁹ ex eo qđ p ipſuz ē. Et ſecūdus quidez ex eo qđ in ipſo eſt: ſed extrinſecus. Terti⁹ vero ex eo qđ in ipō eſt: ſed intrinſec⁹. Quartus vero ex eo qđ p ipm fit. ſed propoſito volūtatis. Primus ergo huiuſce

modi ratiocinationis modus in hac ſpecula‑
tione trahiẗ: ex materie ꝓprietate. Secūdus
ex rei ipſius qualitate extrinſeca qḋ diximus
formā. Tertius vero ex qualitate intrinſeca:
qḋ ſuperiꝰ diximus naturā. Quartꝰ aūt mo‑
dus colligiẗ ex eo ꝙ in re ipſa: vel ab ipſa fit:
ſm modū naturalē. Quintus deinde ex eo ꝙ
agiẗ ſm modū artificialē. Ex ꝓprietate mate‑
rie ſimilitudo trahiẗ cū diciẗ: Crura illius co
lumne marmoree: que fundate ſunt ſup baſes
aureas. Qualitas extrinſeca cōſtat in colore:
⁊ figura. A colore ſimilitudo aſſignaẗ: eo ꝙ le
gitur: Dilectus meꝰ cādidus ⁊ rubicūdus. A
figure qualitate ſimilitudo ſumiẗ: vbi myſti‑
ca deſcriptōe ſacre ſcripture q̄litas cōmēdaẗ:
cū dr: Aſpectus earū ⁊ opus earū quaſi ſi ſit
rota in medio rote. Nota ꝙ extrinſeca quali‑
tas ꝑtinet ad ſolū viſum: quēadmodū intrin‑
ſeca qualitas ad quēlibet ceterorū ſenſuū. Ad
auditū ꝑtinet illa aſſignatio ſimilitudinis: vbi
audis: Et vocē quā audiui tanq̄ꝫ vocē citha‑
redorū citharizantiū in citharis ſuis. Ad odo
ratū autē illud reſpicere videẗ: vbi ſapientia
de ſe ipſa loqẗ: Sicut cynamomū ⁊ balſamuꝫ
aromatizans odorē dedi: quaſi mirrha electa
dedi ſuauitatē odoris. A delitijs guſtus ſimi
litudo aſſumiẗ: vbi eadē ipſa de ſemetipſa fa‑

tetur: Spiritus meus ſup mel dulcis: & here/ditas mea ſup mel et fauum. Delitias tactus redolet: qd alias habemus: Sicut vnguentũ in capite qd deſcendit in barbã barbã aaron. Hec de qualitate intrinſeca dicta ſunt: pro ea videlicet parte qua eã corporei ſenſus attin/gere poſſunt. Naturalis operatio ꝑ ſimilitu dinis gratia in ↄſideratione adducit: cũ a do/mino ꝓphete voce ꝓmittit: Quõ deſcendit imber & nix de celo: & illuc vltra nõ reuertit: ſʒ infundit terrã: & inebriat eã: & germinare eã fa cit: & dat ſemẽ ſerẽti: & panẽ cõmedẽti: ſic erit vbũ meũ qd egrediet d ore meo. Ab artifici ali operatõe eſt illa ſĩtudinis accõmodatio: quã audis ab apoſtolo: Supedificati ſup fun damentũ apoſtolorũ & ꝓphetarũ ipſo ſummo angulari lapide chriſto ieſu. Hec tibi de ſimi/litudinũ ratione in corone noſtre fabricatione quẽadmodũ ſupius in arce deauratiõe: quaſi quedã doctrine ſemina ſtuduimus ſpargere: vt habeas vnde poſſis cũ volueris copioſam ſciẽtie ſegetẽ colligere. Nam vt hic locus ple ne & ſufficiẽter explicari poſſit: ꝓprium tracta/tum requirit. Tanto hic locus maiori et dili/gentiori inquiſitione eget: quãto huic ratioci/nationi tota hu9 ſpeculationis ratio incum/bit. Conſtat aũt in hac & in ſequenti ſpecula/

tione maximā: et pene precipuā ſpiritualiū vi
rorum conſolationē noſtris tēporibus ineſſe.
nam pauci admodū ſunt: qui ad nouiſſima il-
la duo contemplationū genera poſſint aſſur-
gere. Qui autē hoc plenius perſcrutari volu-
erit: meminerit q iuxta modū arce corona ip
ſius quattuor latera habuit.

## Q illa que ad hanc ſpeculationē pertinent aliter adhuc diſtingui poſ-ſunt: Ca.XVI.

Est aūt aliud qđ in hac corona recte
e notare poſſumus: ſi p illā inuiſibiliū
bonorū plenitudinē intelligere debe-
mus. Corona ſiqđē ꝓpitiatoriū ab omni pte
ambiebat: et intra ſeipſam totum includebat.
Nā quātum ad cōpoſitionē arce ptinet: nihil
aliud ꝓpitiatoriū q̄ eiuſdē arce opculū eē in-
telligi debet: quedā videlicet tabula aurea ex
auro puriſſimo: ex integro facta: q̄ ab inferio-
ri quidē pte ab arce ſūmitate excipiebat: et ab
omni (ſicut iā dictū eſt) pte corona aurea cin-
gebat. Per hec itaq duo ſcz coronā et ꝓpitia-
toriū: duo intelligim⁹ gnā ɔtēplationū: vnū
de inuiſibilib⁹ bonis: alterū de inuiſibilibus
ſubſtantijs: vt in ſpiritibus angelicis vel hūa
nis. Quid eſt ergo q corona totum ꝓpitiato-
rium intra ſe includit: niſi q beatitudo iuſtoꝝ

omne deſideriũ eorum intra ſe cõprehendit. Nos quãdiu ſub egenis hui⁹ mundi elementis viuim⁹: deſideria noſtra vltra gaudia noſtra extẽdimus: q2 infinite plura ſunt que cõcupiſcimus: quã que in hac vita cõphendere poſſumus. Beata aũt illa ſupnorũ ſpirituũ multitudo deſideria ſua: vltra gaudiorũ ſuorum plenitudinẽ nõ extẽdit: q felicitatis ſue infinitatẽ vel imenſitatẽ cõprehendere oĩno nõ ſufficit: quã beatitudinis ſue corona vndiq3 cingit: et vſq3quaq3 magnitudinis ſue ſinu icludit. Eſt autẽ eorum gaudiũ nõ ſolũ de cõtẽplatione creatoris: ſed etiã in cõtemplãdis eius creaturis. Dũ eñ deũ in omnib⁹ operib⁹ ſuis mirabilẽ inueniunt: quid mirũ ſi vtiq3 mirãdo venerãtur: et venerãdo miranẽ magnalia ei⁹ quẽ diligunt: Inueniũt vtiq3 nõ ſolũ in creaturis incorporeis: ſed in creaturis corporeis: vñ mirenẽ: ſed etiã vnde earũ creatorẽ digne venerentur. Alia ergo ſunt que ſupra ſe: alia que vident in ſe: atq3 alia que vident ſub ſe. Hec oĩa iugiter cõtemplanẽ: cõtemplãtes mirãtur: mirantes letanẽ: letanẽ de diuina cõtemplatiõe: congratulanẽ de mutua viſione: delectanẽ in rerũ corporaliũ ſpeculatione. Pars infima corone que ſub ꝓpitiatoriũ deſcendit: et ligno affigiẽ: iocundũ illud ſpectaculũ deſignat: qđ

habent in inferiorib⁹ creaturis. Media pars corone q̄ ꝓpitiatorio iungit̄: ardẽtiſſimũ illud charitatꝫ deſideriũ figurat: qd̄ ꝯtrahũt int̄ ſe de iocũditate mutue viſionis. Sup̄ma pars corone que ſupra ꝓpitiatoriũ eleuat̄: ineffabile illud gaudiũ exprimit: qd̄ hauriunt de iugi cõtemplatione ſui creatoris. Diſcam⁹ ⁊ nos ꝯtẽplantes mirari: ⁊ mirãtes ꝯtemplari: quõ illi ſup̄ne beatitudinis ciues omnia q̄ ſub ipis ſunt indeſinẽter aſpiciãt: omniũ que ab alto vident rationẽ. ⁊ ordinẽ cõprehendãt: quõ de mutua ſocietate inſolubiliq; charitate in infinitũ gaudeãt: quõ in illã diuine claritatis viſionẽ inſatiabiliter inardeſcant: ⁊ arcã noſtram coronauimus. Cogitemus quõ egrediunt̄ et ĩgrediunt̄: ⁊ paſcua inueniũt: ⁊ arce noſtre coronã iuxta cõgruũ ſibi modũ cõſũmauimus. Uides certe ꝙ ſpiritualia paſcua inueniũtur: nõ ſolũ in interiorib⁹: verũetiã in rebus exteriorib⁹. In reb⁹ corporalib⁹ abſq; dubio corporalia bona inquãtũ bonis inuiſibilib⁹ ⁊ incorporeis ſimilia ſunt: ſpiritualibus nimiruꝫ ſpiritualia paſcua miniſtrare poſſunt. Naꝫ ſi nullam oĩno bona viſibilia ad inuiſibilia ſimilitudinẽ haberent: ad inuiſibiliũ inueſtigationẽ nullatenus nos adiuuare valerent: nec iaꝫ ꝯſtaret qd̄ de ipſis legit̄: Quia inuiſibilia dei

p ea que facta ſunt intellecta cōſpiciunt. Ite-
rum vero ſi iſta ab illis multa diſſimilitudine
nō diſcreparent: pculdubio caduca ⁊ tranſi-
toria: ⁊ inſufficiētia nō eſſent. Incōparabili-
ter tamē copioſior eſt horum ad illa diſſimili-
tudo: q̄ſ ſimilitudo. Infinita ſiquidē eſt ī ho-
rum cōparatione future plenitudinis ſupere-
minens magnitudo. Unde eſt q vix arce ſup-
ma coronā tangunt: eiuſq inferiorib⁹ iungun
tur: quia horū ſumma illorū ima tot ſimilitu-
dinū ſuarū ſignis nō niſi ex parte loquunt.

## Q2 in hac ſpeculatōe corporee ſilī tudīs manuductōe vtimur: Ca. XVII

Hoc aūt inter ſcōm ɔtēplatiōis gen⁹: ⁊ hoc tertiū: de quo modo loquimur intereſſe videt: q2 illud (vti superi⁹ di ximus) verſat in imaginatiōe: ſed moderatur ſm rationē: iſtud aūt cōſtat in ratione: ſed ſe quit imaginationē. In hac em̄ ſpeculatione p oīa q̄ anim⁹ multiplr ſcrutat: inuiſibilib⁹ in tēdit: ⁊ ad illa apphēdēda innitit. In eo itaq hec ſpeculatio in rōne ɔſiſtit: q illis ſolis īue ſtigādis inſiſtit: q̄ corpore⁹ ſenſus oīno cape nequit. Sed q2 hui⁹ ſpeculatiōis īueſtigatio ad inuiſibiliū cognitionē ſine corporaliū ſilī tudinū adiutorio nō pducit: imaginatōis ma nuductionē in hac pte rō ſequi videt: ⁊ inqſi-

tiōis ſue curſu: eā q̄ſi ducē itineris habere cō-
uincit. Dū em̄ imaginatio rōni rerū viſibiliū
formas rep̄ſentat: ⁊ ip̄am ex earūdē rerū ſilī-
tudine ad inuiſibiliū īueſtigationē informat:
quodāmō illuc eā conducit: quo p ſe ire neſci-
uit. Nūq̄ em̄ ratio ad inuiſibiliū ꝯtemplatio
nē aſſurgeret: niſi ei imaginatio rerū viſibiliū
formas rep̄ſentādo exhiberet. Vn̄ ad illā ſilī-
tudinē traheret: ⁊ īueſtigatōis ſue modū for-
maret. Vn̄ eſt ꝙ ille interior hō noſter exterio
rē hoīem ducē ſuū vocat: cū dicit: Tu vo hō
vnanimis: dux meꝰ ⁊ notus meꝰ. Certū nāq̄
eſt: q̄ niſi p corporeū ſenſū: animꝰ ad exterio-
rū noticiā puenire nō pōt. Merito ḡ exterio-
rē hoīem: hō interior ducē ſuū dicit: ſine cuiꝰ
miniſterio: vel potiꝰ magiſterio ad viſibiliuꝫ
cognitionē nō ptingit: ſꝫ nec ad inuiſibiliū q̄-
dē: cū ad illa cognoſcēda ſine hoꝝ noticia aſ-
ſurgere nō poſſit. Quotiēs ḡ cognoſcēdaꝝ re
rū p corporeū ſenſū experiētiā cape cogit̄: to-
tiens nimirū interior hō nr̄ ducē ſuū ſeq̄ vide-
tur: abſq̄ dubio ſenſus carnis ſenſum cordis
in cognoſcēdis rebus p̄cedit: q̄ niſi prius ſen
ſibilia p ſenſū corporeū animꝰ caperet: oīno nō
īueniret: q̄d ō eis ſaltē cogitare potuiſſet. Sꝫ
forte mirū nō eſt: ſi ſenſum cordis ſenſus cor-
poris illuc ducit: quo ipſe ire poteſt. Sed illō

valde mirabile q illuc eũ pducit quo ipſe aſcẽdere nõ põt. Senſus ſiquidẽ corpore⁹ incorporea nõ capit: ad q̃ tñ ſine ei⁹ manuductiõe ratio nõ aſcẽdit: ſicut iam ſupra mõſtrata ratio docuit. Certe et ſi homo minime peccaſſet in cognitione rerũ ſenſus exterior interiorẽ adiuuaret. Nã euam ſuã in adiutorium acce piſſe adam quis neget? Aliud eſt curſus ſui comitẽ habere: ⁊ aliud eſt itiner ſui ducẽ querere. Nã quõ eua vix ſuum ſemel ↄtra dei cõſiliũ vel pceptũ poſt ſe traxit: ⁊ ad conſiliȷ̃ ſui cõſenſum inclinauit: puaricationis ſue pena infirmatus Adã iam eã ſequi neceſſe habet: ⁊ vſq; nunc quotidiano eius magiſterio eget. Verũtamẽ tunc de adiutoris ſui ducatu: non ſolũ nõ cõfundit: ſed ⁊ gloriat: qñ interueniẽte eius obſequio ad inuiſibiliũ ↄtemplationẽ corporearũ ſimilitudinũ calle pducit. Homo inquit vnanimis: dux me⁹ ⁊ notus me⁹. Quõ aũt ſit interior dux ſuus vnanimis: vel not⁹: ſatis (vt arbitror) patet: nec multa expoſitiõe indiget. Cogita nunc quõ motui cordis motus corporis vltro occurrit: ⁊ citi⁹ inuenis q̃ vnanimis ei ſit. Statim vt anim⁹ vult: mouetur pes: vel manus: ad nutũ eius circũfertur oculus: ad eius arbitriũ mouetur lingua: mouẽtur ⁊ labia: vel alia queq; corporis mẽbra.

Quid queſo in rerū natura diſſimili⁹ ꝙ̄ ſpiri/
tus ⁊ corpus? Uerūtamē vbi obſecro tantam
tam pfecte cōcordie vnanimitatē inuenimus:
vt pene imo penitus eodē tēpore ſit fieri vel/
le ⁊ fieri moueri: velle atqꝫ moueri? Unū ſolū
quidē corporis eſt mēbrū in ea videlicet par/
te qua libido regnat: qđ interioris hoīs impe
rio nō obtemperat. Cū vero hanc ei⁹ cōtradi
ctionē ex diuino adiutorio p moderatā afflic/
tionē poterit reprimere: iā deinceps audet eū
vnanimē dicere: ⁊ hominē pacis ſue appella/
re: Homo inquit pacis mee. Ecce quō vnani
mis: ſed quō notus? Illud quidē ſatis cōſtat:
q꞉ ꝗcquid ī qualibet pte corpis agit̄: vbicūqꝫ
leditur: vbicunqꝫ quali delectatione fouetur:
ſtatim ad animi noticiā puenit: vt eū oīno la/
tere non poſſit: ꝗcūqꝫ afflictio vel delectatio
ſenſum corporeū afficit. Et ſicut mot⁹ cordis
abſqꝫ contradictione ſtatim exit p motū cor/
poreum: ſic omnis ſenſus corporis abſqꝫ mo/
ra intrat in animū. Et ſicut in omni actōe ſua
corporalis mot⁹ arbitrio cordis obſequitur:
ſic omnis paſſio corporalis abſqꝫ repulſa ad
animū ingredit̄. Et q꞉ vere nulla corporis in/
iuria: vel oblectatio animū lateat: illa tā ſubi/
ta cōpaſſionis vel cōgratulationis velocitas
ꝓbat. Nam ſicut vno eodēqꝫ tēpore eſt mo/

ueri velle atq̃ moueri nolle: ſic vno eodemq̃ momẽto eſt corpore pati: ⁊ corde cõpati: exterius delectari: interi⁹ cõgratulari. Elige quid magis mireris: aut corporis ad animũ tã celerem obedientiã: aut animi ad corpus tã familiarem noticiã. Mira obediẽtia: vbi omne animi deſideriũ motus corporis pene preuenit. Mirãda noticie familiaritas: vbi q̇cquid corpus ſentit animus pene preſentit. Et nunc q̇dẽ ille interior noſter homo de hac domeſtici ſui tã familiari noticia habet vnde miretur: nõ tamẽ vnde glorietur. Non magna gloriatio animi noſſe que ſoleant corpus ſuum delelectare: vel ledere: ſed illud ꝓculdubio magnũ erit: cũ iam multis experiẽtie documẽtis noſſe ceperit: qua diſcretiõe debeat appetitui carnis et in neceſſariis obtẽperare: et in ſupfluis cõtraire: ne ſi nimis foueat ſuſcitet ſibi hoſtẽ ⁊ nutriat rebellem: vel ſi nimis affligat perimat ciuem: ⁊ opprimat adiutorem. Sane ad hmõi noticie perfectionẽ animus vix ꝑ multa argumẽta: vix poſt multa experimẽta pertingit: ſed ea ſemel adepta ex illa nimirũ non parum ꝓficit: ſine hac nunq̃ poterit adam adiutorio ſuo bñ vti. Per hanc docetur exterior hõ noſter delitias egypti paulatim faſtidire: tandemq̃ obliuiſci. Aſſuetuſq̃ nihilominus

ſpiritualibus alimentis delectari. Mirũ hoc vel poti⁹ icredibile alicui videbiť: ſ; ſi mihi inde nõ crediť: vel expto credať. Audiam⁹ illũ: quē hec experientia docuerat: ⁊ attēdam⁹ q̇d dicat: Homo inquit pacis mee in quo ſperabam: qui edebat panes meos. Et in hoc iteꝝ loco. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos ⁊c̃. Qui aũt ſint panes quos interioꝛ homo noſter exterioꝛi apponit: vel quibus eũ cibis reficiat: manifeſtat ſcriptura: que dic̃: Fuerunt mihi lachꝛyme mee panes die ac nocte. Et alibi de huiuſmodi panibus iteꝝ ait: Surgite poſtq̃ ſederitis: qui manducatis panem doloꝛis. Huiuſmodi panē homo interioꝛ aliquando ſolus comedit: aliquādo vt etiam ſecũ comedat: domeſticũ ſuũ vix multa fatigatione cõpellit. Panē ſuũ ſpiritus ſolus comedit: qñ animus quidē de peccatis ſuis dolet: veruntamen lachꝛymas nulla ratione extoꝛquere valet. Panē doloꝛis pariter comedũt: ⁊ cibũ vnũ quaſi vnanimiter ſumũt: cũ interioꝛ homo ꝓfunde ingemiſcit: ⁊ ad eius gemitum exterioꝛ homo vbertim lachꝛymas fundit. Pꝛius autē omnis homo cõpungiť timore: poſtmodũ vero cõpungiť ex amoꝛe. Compũctio timoꝛis amaritudinē habet: compunctio amoꝛiſ dulcedinē habet. Qui igiť adhuc

ſolo timoꝛe cõpungit: cibis quidẽ ſpiritalib⁹: minime tamẽ dulcib⁹ paſcitur. Qui vero iam ex eternoꝝ gaudioꝛum deſiderio lachꝛymas fundit: iſte ꝑfecto dulcib⁹ cibis ſpiritalibuſq; ſe reficit. Cuȝ ergo ceperit homo ille interioꝛ domeſticũ ſuũ talib⁹ cibis reficere: põt de eo veracit̃ pſallere: Qui mecũ dulces capiebas cibos. Talibus ergo ſtudijs quãto vterq; hõ amplius ad puritatẽ ꝑficiũt: tãto vtiq; alacrius currunt: Qꝫ vero poſt tante cõcoꝛdie ꝑfectionẽ carnis ꝛ ſpiritus: eoꝝ pacẽ malignoꝝ ſpirituũ infeſtatio ꝑturbet: ex eo q̄ ſubiungitur intelligenti liquide apparet. Quid eſt eniȝ q̄ ille qui ſ̃m deuȝ creatus eſt homo interioꝛ de homine pacis ſue: de homine vnanimi plãgit: ꝛ mox nõ in illum: ſed in alios maledictionis iaculũ intoꝛſit: niſi q̄ in illos ꝑ increpationem ſeuit: quoꝝ ſeuicia pacis ſue quietẽ amiſit. Tu vero inquit homo vnanimis: dux meus ꝛ notus me⁹. Qui ſimul mecũ dulces capiebas cibos in domo dei ambulauim⁹ cũ conſenſu. Et ſubiungit ſtatim: Ueniat moꝛs ſuꝑ illos. Nõ dicit ſuꝑ te: ſed ſuꝑ illos. De illis ergo ſe vindicat: quoꝝ fraude pacis ſue conſoꝛtem amiſerat. Sepe eñ ſpiritus maligni: ſpiritui pacis inuidẽtes: dũ carnẽ ſubita: ꝛ vehementi tẽptatione fatigant: ſpiritũ pacis ꝑtur/

bant: ꝛ reddunt ei de vnanimi hoſtē: de duce ſeductoꝛē: ꝛ efficiunt de noto ignotuꝫ: de domeſtico inimicū. Sed ecce dū vnum ſcripture locū plenius ꝑſcrutari volumus: circūiacētia pluſtrare cōpulſi ſumus. Nā dū ď exterioris hominis ducatu dicere aliquid ratiōis oꝛdo expoſtulauerit: obſcuritas circūadiacentiū verboꝛū expoſitionē noſtram paulo latiꝰ nos extendere coegit.

## Quomō hoc cōtemplationis genus conſiſtat in ratione ſm imaginationem: Ca.XVIII.

n Unc vero ad id redeamus vnde digreſſi ſumus: quō ſcꝫ ꝑ rerum viſibilium imaginationē adiuuemur ad rerum inuiſibiliū inueſtigationē. In eo em̄ exterioꝛ homo inueſtigationis ſue curſu interioꝛē adiuuat: quo ei inuiſibiliū imaginationē ꝑ rerum viſibiliū foꝛmas repſentat. Et dū ducatus ſui officiū explet: illuc iſtum ſimilitudinū calle ꝑducit: quo ille intrare nō audet. Sic ſepe famuli dn̄os ſuos in via vſq; ad regias foꝛes ꝑeunt: ꝛ tamē iſtis intro vſq; ad interioꝛa palacij ꝓperantibꝰ: illi exterius ſubſiſtūt. Patet ergo (vt arbitroꝛ) qď ſuperiꝰ iam diximꝰ: quomō hoc cōtemplationis genꝰ eſſe quideꝫ

in ratione: ⁊ ſm imaginationē intelligere debeamus: q2 et inuiſibilia ſunt que mente conſpicimus: ⁊ tamē ex rerum viſibilium ſimilitudine illa nobis formamus. Quid eñ dicimus rerum viſibilium formã: niſi quandam quaſi rerum inuiſibiliũ picturam: Sic modo aliquis qui nūq̃ leonē vidiſſe ſe dicat: quē videreq̃ deſiderat: ſi ei leonis imago in pictura aliqua cōuenienter expreſſa oſtendit: profecto qualē eũ cogitare debeat ex eo qđ videt ſtatim admonetur. Deniq̃ ſm lineamenta q̃ ſuperficieten⁹ expreſſa deſiderat ſolida membra: ⁊ viuũ animal ſibi in mente format. Cogita nunc quantũ ſit inter illud qđ videt exterius: ⁊ inter hoc qđ in ſua cogitatione ſibi fingit interius. Sic ſane in hoc ɔtēplationis genere longe a ſe diſtant: ⁊ inuiſibilia que in mēte verſamus: ⁊ ea que p imaginationē cernimus: ⁊ tñ ad illa exprimenda ex iſtis ſimilitudinē trahimus. Reddidimus quō potuimus rationē: cur hoc genus cōtemplationis videatur eſſe in ratione: ⁊ ſm imaginationē.

## Quō ad pmiſſionē vel opationē dei ptineat: q̃cquid radius ɔtēplationis pluſtrat: Ca. XIX.

P Oſtulat rationis ordo de circulis et vectibus hoc loco aliqua vel breuit

dicere vt idem ordo ſeruetur in expoſitione quē auctor ſeruare voluit in deſcriptiōe. Primo itaq̨ ꝯſiderandū eſt que ſint latera arce: vt ꝯſequēter poſſim⁹ agnoſcere q̊s q̄ in latere circulos debeam⁹ ponere. Per arcā gratiam ꝯtēplationis accipim⁹: vti ſupi⁹ iā diximus. Quia igitꝛ radius ꝯtēplationis ab alto radiat: ⁊ ſe in oēm partē ꝓ ſubleuate mētis capacitate dilatat: oīa que ſub ꝯtēplatiōe cadere pñt: ad hāc ſe arcā ꝑtinere euidēter ſe oñdūt. Alia vero ꝯſideratio eſt: q̄ attendim⁹: eoꝝ q̄ q̊tidie fiūt: alia iuſta: alia eſſe īiuſta: ⁊ lōge alia ꝯſideratio: illa q̄ ꝯſpicim⁹ vſib⁹ hūanis: alia eē cōmoda: alia vero incōmoda. Erigūt ͦg in arca nr̄a parietes duos ſibi īinuicē ediuerſo oppoſitos: hinc vnū eq̄tas: illinc alteꝝ iniq̄tas. Duos vero alios parietes e regiōe ſe inuicē reſpiciētes efficiūt nihilomin⁹ hīc vnū ꝓſperitas: illinc alterū aduerſitas. Illud aūt valde admirandū: ⁊ multa admiratōe dignū: quō vel voluntas bona: vel q̄liter volūtas mala: deo oīa moderāte ⁊ iuſte diſponēte: hinc mō aduerſitate repellitꝛ: mō illic ꝓſperitate religatꝛ: ne ħ vel illa in infinitū excreſcat: ⁊ diuine diſpoſitionis modū excedat. Cogita nūc queādmodū in arca nr̄a parietes ſe ī lōgū extēdētes: ⁊ lōgitudinē arce metiētes: duo alij parietes ꝑ trāſ-

uerſū occurrētes hinc inde ꝑcidāt: ⁊ ad certā
mēſuram reſtringant. Juxta hanc vtiq; ſimilitu
dinē diuina diſpenſatio diuerſis volūtatibus
nunc ad votū famulatur: vt inueniāt quomō
ſe extendāt: mō eis aduerſat̃: ne deſtinationis
ꝓfinite moduȝ excedant. Ne eñ ꝑeffluamus
(vt iā diximus) hinc religamur vinculo cupi-
ditatis: illinc obſtruimur repagulo neceſſita-
tis. Multa eñ ſepe dimittimus ne amittam⁹
qđ diligimus: multa nihilominus ne incurra
1 mus qđ odimus. Ubi ergo aduerſitaſ atq; ꝑ-
uerſitas ſe inuicē collidunt: quodāmodo in ar
2 ca noſtra angulū efficiunt. Ubi vero ꝓſperi-
tas atq; aduerſitas inuicē occurrūt: alteꝝ an-
3 gulum cōponunt. Occurſio vero equitatis ⁊
4 ꝓſperitatis tertiū angulū conſtituit. Colliſio
autē equitatis ⁊ aduerſitatis quartū coniun-
git. Ad primū angulū corripiunt̃ mali: ad q̄r-
tum corriguntur boni. Itē ad ſecundū deſti-
tuunt̃ mali: ad tertiū ꝓtegunt̃ boni. Per ad-
uerſitatē ſiquidē reprobi corripiūtur: nō aūt
corriguntur: ſi eñ ſeipſos corrigerēt vtiq; re-
probi nō eſſent. Sȝ ꝑ aduerſitatē boni a ma-
lis ſuis corrigunt̃: ſeu etiā ad meliora ꝓmouē-
tur. Itē ꝑ ꝓſperitatē mali in ſeipſis reſoluūt̃:
⁊ a deo deſtituunt̃: boni autē per ꝓſpera ⁊ ad
bona fouent̃: ⁊ a malis ꝓtegunt̃. Igit̃ prim⁹

angulus eſt ad correptionē:ſecūdus ad deſti/
tutionē:tertius ad ꝓtectionē:quartus ad cor
rectionē. Patet aūt ꝙ illi parietes ꝑ moyſen
latera arce dicunt:qui longitudinē arce meti/
untur. Horū duorum ꝗ̃ ceterorū parietū:ſi/
cut in arce cōpoſitione eſt quātitas maior:ſic
in rerū ſignificatione ꝛ veritatis ꝯtēplatione
eſt eorū dignitas ſublimior. Quis em̄ neſciat
ꝗ̃ ſit incōparabiliter maior illa que eſt iuſti ꝛ
iniuſti: ꝗ̃ illa diſcretio que eſt cōmodi ꝛ incō/
modi? Prima aūt ꝑtinet ad parietes:qui me/
tiuntur arce longitudinē. Nam illa que eſt cō
modi et incōmodi:ꝑtinet ad illos parietes q̇
metiunt arce latitudinē. Ad duo itaq̧ latera
arce:ꝑtinet q̇rūlibet cōſideratio:ſcꝫ que fiunt
iuſte:ſeu etiā īiuſte. Que vero iuſte fiūt :quis
ignorat fieri dei operatiōe:ꝙ iniuſte fiunt:ſo/
la eius fieri ꝑmiſſione.

## Quomō ſapientia dei cum ſit ſimplex ꝛ vna diuerſis conſiderationibꝰ in contemplationē adducit: ꝛ modo ſcientia:mō ꝑſcia:mō diſpoſitio: mō ꝑdeſtinatio nominat: Ca.XX.

Uia ergo iam que ſint latera arce ha
q bemus:quia eiuſdē angulos quattu/
or iam expoſitione tenemꝰ:queramꝰ

adhuc qui ſint illi quattuoꝛ annuli aurei: qui iubentur ſinguli in ſingulis anguliſ poni. De auro ſatis cōſtat: q̄ cetera omnia metalla claritatis ſue magnitudine ſuperat: ſed diuina ſapientia quid clarius: quid lucidius: cui etiam nihil cōparabile inuenimus? De hoc auro q̄ſi ad diuerſas opationes materiaꝫ ſumimus: quādo illam que in ſe ſimplex ⁊ vna eſt diuerſo modo cōſideram⁹. Dei quidē ſapiētia cuꝫ ſit (vt dictū eſt) ſimplex: ⁊ vna: mō p̄ſcientia dicit̄: mō ſcientia nominat̄: nūc eam p̄deſtinationē dicimus: nunc diſpoſitioneꝫ vocamus. Sic res vna a nobis diuerſo mō diſtinguit̄: vt a noſtra exiguitate qualicūq; mō diſtincta vel ex parte capiat̄. Sciētia eſt qua oīa cognoſcit: p̄ſcientia qua ab eterno oīa p̄uidit: pꝛedeſtinatio qua ab eterno oēs ſiue ad moꝛtē ſiue ad vitā p̄oꝛdinauit: diſpoſitio qua omnia vbiq; inceſſanter diſponendo nihil inoꝛdinatū reliquit. Hos noſtre ꝯſiderationis modos quaſi in circulos flectim⁹: qn̄ in omni diuine ſapiētie oꝛdinatiōe initiū cū fine cōcoꝛdare videmus. Nunq; em̄ diuina p̄ſciētia in ſua ꝓuidentia fallit̄: nunq; diuina p̄deſtinatio in ſuo ꝓpoſito decipit̄: nūq; eius ſciētia in ſuo iudicio errat: nunq; eius diſpoſitio in ſuo cōſilio nutat. Dum em̄ circulus in ſemetipſū ab om-

ni parte inflectiť: in ipſo ꝓculdubio ſicut nec initiuȝ ſit nec finis inueniť. Illa itaqȝ nihilominus cõſideratio ad hos circulos ptinet: ꝙ in omni diuine cõphenſionis ↄtẽplatiõe initiũ: finẽ: vel mediũ mens nr̃a inueſtigare non valet. Horũ circuloꝝ ambit⁹ ab omni pte ad vnũ mediũ punctũ eq̃liter circũferť: qꝛ om̃is diuina examinatio nuſq̃ȝ in vna re q̃ȝ ĩ alia ab vni⁹ ⁊ ſimplicis veritatis definitiõe longius euagať. Hi circuli in ſeipis oĩa cõphendunt: ⁊ ſuo in ſinu vniuerſa ↄcludũt. Hi ſũt hi q̃ttuoꝛ (vt arbitroꝛ) circuli: q̄ p moyſen: p quattuoꝛ arce angulos iubenť oꝛdinari.

## Qꝛ diuina ſapientia ſm̃ diuerſos contemplationis modos: in quibuſdam videatur mirabilioꝛ: in quibuſdam iocundioꝛ: Ca. XXI.

Orũ aũt circuloꝝ duo ſedeȝ hñt in la-
b tere vno: duo reliq̄ ĩ latere alio. Singuli itaqȝ certꝰ locꝰ deputãť: q̃ȝuis ad toti⁹ arce euectionẽ oẽs pariter coopenť. Ibi em̃ q̄libȝ hm̃õi circuloꝝ ſedẽ hr̃e dȝ: q̄ q̄ſq̃ȝ in loco p̄ ceteris mirabilioꝛ ſeu iocũdioꝛ nr̃e ↄſideratõi apparet. Nã ab eo q̄ſq̃ȝ loco ſe ampli⁹ elõgat: vbi ↄtẽplantis admiratiõeȝ min⁹ excitat: vbi ĩ admirãtis aĩo minoꝛẽ iocũditatẽ ge-

nerat. Accipiunt ḡ ſedeȝ duo in latere vno: et duo inde in latere alio. Superi⁹ aūt dictum ē quō ad latus vnū ꝑtineant que fiunt dei ꝑmiſſione: vel quō eque ad latus aliud ꝑtinere videanł que fiunt dei oꝑatiōe. Ordinenł itaq̃ in ꝑmiſſionis latere circulus ꝑ̄ſcientie: ꝛ circulus ſcientie. Similiter in latere diuine operationis circulus ꝑ̄deſtinationis: ꝛ circulus diſpoſitionis. Uis aūt ſcire q̃ recte: q̃ ordinate circuli qui dicunł ſciētie: vel ꝑ̄ſcientie illis maxime ꝑ̄ſident: que fiūt dei ꝑmiſſione. Cogita ergo ſi potes quāta admiratione dignū ſit: ꝙ hec oīa potuit ꝑ̄ſcire ab eterno: quoꝝ eſt tam innumera multitudo: ꝛ tam multiplex variatio. Sed hec eius ꝑ̄ſcientia cū ſit in vtriſq̃ mirabilis: mirabilior tamē apparet in rebus malis: q̃ in reb⁹ bonis. Que eñ mala ſunt: qꝛ iniuſte fiūt: ſola vtiq̃ fieri eius ꝑmiſſione ſcim⁹: nūq̃ autē ei⁹ operatione. Cogita ergo ſi potes quāta admiratione dignū ſit: ꝙ illa etiam ꝑ̄ſcire potuit: que aliene voluntati reliquit: et volūtati q̄dē que nōdū fuerat: ꝛ quā nūq̃ facturus erat. Uoluntatē eñ malā nunq̃ facit: q̃uis eam eſſe ꝑmittat. Certe min⁹ miramur ea ipſum poſſe ab eterno preſcire: que ab ipſo erant facienda: q̃uis ſint taȝ multa ꝛ pene infinita: q̃ ea que poſuit ſub poteſtate aliena: et

volũtati ꝯtraria. Quid autẽ de ei⁹ ſcientia di/
cturi ſum⁹: ꝙ omniũ que ſunt: qualitatẽ: mo/
dum: ordinẽ: locũ: ⁊ numerũ: ſub vno ſimpli/
cis viſionis radio cõprehẽdere ſcimus? O ve
re miranda: o vere ſtupenda. Si autẽ queris
vbi mirabilioꝛ noſtre cõſiderationi appareat:
que vere vbiqꝫ eſt mirabilis: quis eã nõ vide/
at mirabilioꝛẽ videri in reb⁹ occultis: ꝙ in re/
bus manifeſtis? Quale queſo eſt occulta ho/
minũ: ſecreta videlicet cogitationeꝫ: affectio/
nũ: voluntatũ ⁊ intentionũ indeſinẽter aſpice
re: ⁊ quẽlibet cordis motũ ante diuine ſciẽtie
ꝯſpectũ nõ poſſe latere? Quotiẽs eñ bonas
hominũ cogitationes ⁊ volũtates attẽdit: q̇d
in his omnib⁹ in cordiũ archano aliud aſpicit
ꝙ quod ibidẽ ipſemet repoſuit? Bonos ſiq̇/
dem cordiũ motus quoſlibet abſqꝫ cõtradic/
tione ipſe operat̃: ipſiſqꝫ cooperat̃. Illud ve/
ro pre omnibus mirũ ꝙ nihil omniũ ignora/
re valeat: eorũ etiã que cordib⁹ humanis ipſe
nõ inſpirat. Hec eſt illa in diuine ſcientie ꝑſpi/
cacia: vere ſũma ⁊ ſingularis admiratio: ꝙ ni
hil eã oĩno latere poſſit in cordiũ maloꝝ: tam
ꝓfunda: ⁊ tam tenebroſa abyſſo. Ecce vbi ꝓ/
uidentie ⁊ ſcientie circuli in ꝑmiſſionis latere
ſedẽ accipiunt: vbi vti apta ratio ꝑdocuit no/
ſtre cõſiderationi mirabiliores occurrũt. Ce/

teros aũt predeſtinationis videlicet ⁊ diſpoſitionis diuine circulos latus aliud habere debet: ⁊ cur hoc ſit: multa (vt arbitror) expoſitione non indiget: Ut eñ taceamus eos in hac parte apparere mirabiliores: quis eos neget in his que electorum ſaluti militant: que ſola ad hoc latus ſpectant apparere iocundiores: Diuine ſiquidẽ ꝑdeſtinationis ⁊ diſpoſitiõis rationẽ: in ſaluandorũ reparatione: ꝓmotione: glorificatione: ꝗ̃ in malorum iuſta reprobatione: deiectione: dãnatione carius amplectimur: iocũdius veneramur: honorificentiꝰ magnificamus. Jta eñ predeſtinatio ſpecialiter ⁊ ꝓprie ad hoc latus ꝑtinere videt̃: vt pene de ſola ꝑordinatione ad vitam dici ſoleat: ⁊ ad aliã partẽ nõ niſi abuſiue ⁊ improꝑe referat̃. Diuina vero diſpoſitio ꝗ̃uis ad vtralibꝫ ꝑtineat: eo ꝙ nuſꝗ̃ aliq̃d iordinatũ reliquat: ſoli tñ̃ electoꝝ ſaluti oĩs ordinatio militat. Ecce iam diximus q̃s in quo latere circulos ordinare debeamus.

## Jn qua ſpeculatione diuina preſcientia vel ſcientia appareat mirabilior: Ca. XXII.

f Orte adhuc hĩc aĩm pulſat: in q̃ q̃ſꝗ̃ angulo poni debeat. Attẽde ne forte

quadā ſupeminētie ſingularitate ſpeciali⁹ p/
tineat circulus pſcientie ad angulū primū: cir
culus ſcientie ad angulū ſecūdū: circulus pde
ſtinationis ad angulū tertiū: circulus diſpoſi
tionis ad angulū quartū. Colliſionē aduerſi/
tatis et iniqtatis primū angulū facere: ſuperi⁹
iā diximus: et ad malorū correptionē: nō autē
correctionē ptinere docuimus. Si ḡ ad dei p/
ſcientiā reſpicias: quid qđ in ipſa mireris am/
plius inuenies? Quid queſo reprobos: p ad/
uerſantiū malorū flagella corripit: ſi eos a ſu/
is malis nūq̄ velle reſipiſcere pnoſcit? Quid
eis quaſi prauitatis verbera adhibet: prece/
ptis cohibet: minis terret: quos eternis maliſ
addictos eſſe preuidet? Si ergo in diuina p/
ſcientia qđ ampli⁹ mireris nō inuenis: nō eſt
cur eam huic angulo artiuſ inherere mireris?
Item ſuperius monſtratū eſt occurſionē p/
ſperitatis et pverſitatis: ſcđm angulum face/
re: et eū ad malorum deſtitutionē et deiectionē
maxie ptinere. Nūc q̄ſo ad diuine ſcie cōſide
rationē intelligētie oclos reflecte: diligēti⁹ ob
ſecro ītuere: mirare: obſtupeſce. Stupēdum
valde quō mala hoīm de⁹ īdeſinēter aſpicit:
q̄ tn̄ deteſtat et odit. Nūqđ q̄ſo n̄ pt dei oīpo/
tētia tot et tāta mala cohibere: q̄ ipſius ſapiā
nūq̄ pt ignorare: q̄ omps bonitas: nūq̄ pōt

amare: Ad hmõi admirationis cumulũ illud accedit: q malis etiã bona tẽporalia tribuit: p que quodãmodo in eis ea mala multiplicare videt: que p omnib⁹ ⁊ ſup omnia deteſtatur. Nã p bona tẽporalia (vt ſuperi⁹ dictum eſt) mali in ſeipis reſoluũtur: ⁊ a deo deſtituunt. Nũquid nã illa diuine ſcientie pſpicacia quõ mali ſuis donis abutãtur nõ cõſiderat: an forte quid quo animo gerant ignorat: ſed qs hec dicere audeat: Attẽde ergo q ſit difficile huius pplexionis inuolutũ: digna admiratione venerari: ⁊ inuenies q iuſte hui⁹ diuine ſciẽtie circulus huic angulo debeat vicinius iungi: firmius aptari.

## In qua ſpeculatiõe diuina pdeſtinatio appareat iocũdior. Ca. XXIII.

t Ertius itẽ angulus vti ſupius habet ex occurſione pbitatis ⁊ pſperitatis cõiungit: ⁊ ad bonorũ cõſolationem ⁊ ptectionẽ ptinere cõprobat. Hinc nunc qſo ab hoc angulo: ad oppoſitũ ei ãgulũ reſpice: ⁊ nunc hunc: nũc illũ diligenter attẽde: vt poſitionis rationẽ quã queris poſſis citius inuenire: pſpicaci⁹ penetrare. In hoc angulo boni huius mũdi pſpert fouent: in illo mali mũdana aduerſitate flagellant. Attende diligentius: examina frequenti⁹ dei pietatẽ: illinc ei⁹

ſeueritatē: pietatē in bonis: ſeueritatez in malis. Qz ſeuerū eſſe putamus: q illis nec in preſenti parcit: q tēporalē vitam ſine pena tranſire non pmittit: quos eternis penis addixit: Illud autē q̄ pium erit: q bonos quidē quātum eis expedit: bonis tēporalib⁹ fouere non deſiſtit: quos tñ ad vera ⁊ ad eterna bona p̄ordinauit. Diſcute ſi potes: quale q̄ magnū: q̄ pium poſſit eſſe: gratuito quidez iſtos illis reiectis ad eterna bona p̄deſtinare: ⁊ tñ tēporalia bona ad vſum īmo ad vtilitatē nō negare: Quid hac cōſideratione dulcius: quid in dei p̄deſtinatione iocūdius inueniri poterit: Recte ergo in eo angulo diuina p̄deſtinatio deſcribitur: vbi temporalis pſperitas electis ad vtilitatē famulatur. Recte aureus iſte circulus fixā illic ſedem tenet: vbi quāto clarior tanto nimirū iocūdior apparet.

## In qua rerum ſpeculatione ſoleat diuina diſpoſitio iocundior apparere: Ca.XXIIII.

Et vt ad quartū tandē angulum veniamus: illum longe ſuperi⁹ eſſe expoſuimus: vbi aduerſitas ex aduerſo occurrens pbitatē exercet. Nam ipſe (vti ibi dictum eſt) ad bonorū correctionē ptinet. Naz 4

e

q̄ꝛ nec boni quidē hanc vitā ſine macula ptrā ſeunt: ꝛ ſemꝑ quantūuis ꝑfecti quo creſcendo ꝓficere poſſint inueniūt. Habēt ex hoc angu lo vnde purgentur: habent pariter vbi exerce antur. Hinc angulo circuloꝝ noſtroꝛum vlti mus familiarius ꝑſidet: q̄ꝛ alias quo ſedē ſin gularē accipiat nō habet. Hinc iterū ſi hunc angulū cū ei oppoſito angulo conferimus ra tionē quā querimus citiꝰ inueniemꝰ. In illo mali ꝓſperanꝶ: in iſto boni flagellantur. Ibi mali ex bonis quꝭ accipiūt gratiā dn̄i ampliꝰ tepeſcunt: Unde in eiꝰ amoꝛe acrius igneſce re debuerunt. Hinc ecōtra in bonis diſponē te deo id agitur: vt vnde in eis extinguendus videbaꝶ: inde in eis amoꝛis ardoꝛ acriuſ inflā metur. Quāto em̄ mundi malis acerbius vꝛ gentur: quāto grauioꝛibꝰ flagellis atterūtur: tanto ad dei amoꝛē vehemētius accenduntꝶ. Mirare obſecro: mirare ꝛ vehemēter obſtu peſce: vel quō ī malis amoꝛ dei deficiat ex be neficio: vel qualiter in bonis diuina dilectio creſcat ex flagello. Abſq̄ dubio plus in laurē tio amoꝛ dei cōualuit ex incēdio: q̄ꝫ in nerone ex imperio. Immo in laurētio incāduit amoꝛ domini ꝑ incendiū: in nerone penitus defecit ꝑ conceſſe poteſtatis imperiū. Et q̄ꝫ adhuc eſt maius: ꝛ multo mirabiliꝰ: plus foꝛtaſſe ī mar

tyre amoris flamma cõualuit: ex tam acerba pena: q̃ potuiſſet ex qualibet ⁊ quãtalibet tẽporali gloria. Vide queſo tale conſilium: tam mirandũ artificiũ: Vides quomõ ille ſumm⁹ artifex peritiã ſue artis oſtendit: qui in electis ſuis cõtraria ex contrarijs gignit: fouet et nutrit. Iuuat ⁊ hunc angulũ adhuc: et cum illis cõferre: ⁊ diuine diſpoſitionis ordinẽ ex eorũ cõparatione cõmendare. In primo angulo (vt dictũ eſt) mali puniũtur nec purgant. In iſto boni flagellantur et corrigũtur. Quid q̃ſo eſt ꝙ eaſdem culpas eadem flagella in his corrigunt: in illis penitus corrigere non poſſunt: Immo ſimul per omnia corruptele rubiginem per vaporem temporalis flamma in electis ad plenum excoquit: q̃ in reprobis tot tormentorum tanta acerbitas: ⁊ illud gehenne crudele incendiuz in eternum excoquere non ſufficit. Cur queſo diſſimilem effectuz habet: non diſſimilis cauſa: niſi ꝙ diuine diſpoſitionis ratio: cum ſit vtrobiq̃ mira: in reprobis apparet iuſtior q̃ pia: In electis vero pia potius q̃ ſeuera. Ecce cõtulimus iam q̃rtum hunc (de quo loquimur) angulũ primo cũ ſecũdo: ſcdo cũ primo: tertio nũc cõparet cũ tertio. In tertio itaq̃ angulo boni bñficiũ

ad cõſolationẽ accipiunt. In quarto (de quo ꝛ modo agimus) flagellis fatigari ſe ſentiunt. In illo fouent: in iſto exercent. In illo ſuauiter pauſant: in iſto foꝛtiter pugnant. In illo a rege ſuo quaſi militaturi donatiua ꝑcipiunt: in iſto pugnãdo victoꝛiã: ꝛ in vincendo eterne retributiõis palmã acquirũt. In illo itaqꝫ angulo ex accepto diuino beneficio id in eis agitur: vt dei ſint fidei debitoꝛes: in hoc autẽ angulo ex patientie ꝛ foꝛtitudinis ſue merito id in eis efficit: vt dei fiant (ſi dici fas eſt) iuſti exactoꝛes. De reliquo (inquit apl'us) repoſita ẽ mihi coꝛona iuſticie: quã reddet mihi dominus in illũ diẽ iuſtus iudex. Reddet ait: nõ dabit: ꝛ iudex iuſtus: non pius. Sed vt fieret poſtmodũ tanti premij iuſtus debitoꝛ: ſponte pꝛius factus eſt talis meriti gratuit' largitoꝛ. Cogita ergo quale ſit deum cum magno quodã quaſi ſtudio excogitare: cũ multo q̃ſi exercitio ſatagere: cũ miro quodam artificio quãdoqꝫ in electis ꝑficere: vt fiãt ex eis iuſti: ex ſeruis liberi: ex miſeris debitoꝛibus meritis diuites: ꝛ regni celeſtis heredes. Hec eſt (vt arbitroꝛ) ſufficiẽs ratio: cur diuine diſpoſitionis circulus ille aureus ſingulariter preſideat huic angulo: vbi ꝑ modicoꝛũ laboꝛum certamina ſubleuat hominẽ ad p̃mia eterna.

Hoc eſt illud in quo huius circulus aureꝰ re/
ſplēdet amplius:rutilat clarius. Hoc eſt inq̃ꝫ
in quo diuina diſpoſitio in tribulatione gau/
dentibꝰ: ⁊ ſibi in cōtumelijs placētibus appa/
ret glorioſior atqꝫ iocūdior. Ex his itaqꝫ que
de angulis ſiue de lateribꝰ arce iam diximus
ſatis (vt arbitror) euidenter oſtendimꝰ: quō
in latere vno circuli pſcientie ⁊ ſciētie appare/
ant mirabiliores: vel quō in latere alio circu/
lo pdeſtinatiōis ⁊ diſpoſitionis appareant io/
cundiores.

## Qr cōtēplationis noſtre ſpectacu/ lū ſp comitari debeat: magna admi/ ratio: ⁊ ingens exultatio: Ca.XXV.

Uto quia iam laborioſum nō erit in/
p uenire cuiuſmodi vectes: huiuſmodi
circuli debeāt habere: vel quē: in quo
latere debeamus ponere. In his ſiquidē que
magis miranda ſunt opus eſt nimirū magna
admiratiōe. In illis aūt que iocūdiora viden
tur: vtile erit magna exultatiōe. Sit ergo no/
ſtra magna admiratio: ſit vehemēs noſtra ex
ultatio: ⁊ quales exigit diuinorū operū ꝯtem
platio. Sit vtraqꝫ magna: ſit vtraqꝫ fortis:
ſint ambe robuſte in modū vectis: ⁊ que ſuffi/
cere poſſint ad vectionez tanti oneris. Facia/

mus ergo de vtraq; vectē ligneū: nō baculū arundineū. Debet aūt non de quolibet ligno fieri: ſed de ſethim ligno: videlicet forti: ⁊ icorruptibili: vt ſint p fortitudinē inflexibiles: ⁊ p longanimitatē icorruptibiles. Poni ſane huiuſmodi vectes ambo: magna ſcʒ ⁊ diuturna admiratio: ingens et pſeuerās exultatio. Ut autē formā habeant ad modum vectis: ⁊ poſſint vectiuʒ explere officium: ſit vtraq; robuſta: ſit ⁊ vtraq; deaurata. Fiāt ergo de robore pſtantie: dirigantur ad normā iuſticie: operiantur ambe d auro ſapientie: vt ſint ambe ⁊ p fortitudinē valide: ⁊ per equitatē directe: et p diſcretionē ſplendide. Multū ⁊ per omneʒ modum placet in his vectib⁹ hmōi deauratio. quia multū in omnib⁹ valet prudens: ⁊ puida diſcretio. Sit ḡ diſcreta admiratio nr̄a: vt nihil in dei pſcientia: nihil in ipſi⁹ ſcientia admiremur qd̕ falſum ſit. Sit nihilominus diſcreta cōgratulatio nr̄a: vt nihil in pdeſtinatione: vel diſpoſitiōe diuina veneremur: qd̕ vanum ſit. Scit vtiq; vtraq; illarū eſſe mirabilis ſine patrocinio falſitatꝭ. Scit q̄dē ⁊ vtraq; iſtaꝝ eſſe dulcis ſine cōdimēto vanitatis. Nihil ergo in dei pſcientia: nihil ī ipſi⁹ ſciētia miremur qd̕ falſum ſit. Nihil in eius pdeſtinatione: nihil in eius diſpoſitione veneremur: qd̕ vanum ſit: ⁊ ſapientie auro: quo debuim⁹ ve-

ctes noſtros operuimꝰ. Huiuſmodi ergo ve-
ctes circulis aureis inſerant: ⁊ ſm documen-
tum dominicũ vel preceptũ nũq̄ foris extra-
bant. Semꝑ ſit admiratio tua intra ſpectacu
lum diuine ꝑſcientie: ⁊ diuine ſcientie. Semꝑ
ſit delectatio tua in cõſideratione ꝑdeſtinati-
onis: ⁊ diſpoſitionis diuine. Semꝑ in illis in-
uenies qd̓ mireris: ſemꝑ in iſtis reperies vn-
de delecteris. Quid ergo neceſſe erit alia ꝓ
alijs querere: ⁊ ꝑ vana huc illucq̄ cogitatio-
nũ euagatione diſcurrere? Nuſq̄ copioſior
materia admirãdi: nuſq̄ vtilior cã gratulãdi.
Sane ⁊ in his ⁊ ĩ illis ĩuenies vñ mireris: ⁊ in
q̄ delecteris. Nã vterq̄ vectis q̄uis vno late
ri viciniꝰ inhereat: neuter tñ a neutro multũ ſe
elõgat. In his ğ ſꝑ ſit admiratio tua: in iſt' ſꝑ
delectatio tua. Sint ğ huius vectes ĩ hũc mo
dũ inſerti ſꝑ circulis aureis: ⁊ dñicũ ꝑceptum
te impleſſe gaudebis.

## Qꝛ ſm modũ admirationis ⁊ exultationis variatur modus contẽplationis: Ca.XXVI.

His vectibꝰ arca nr̃a huc illucq̄ circũ
b fert: his vectibꝰ in alta ſuſtollit. His
itez ad ima deponit. Profecto ĩ diui
noꝝ opeꝝ rõe: eiuſq̄ ꝯtẽplatõe q̄to apliꝰ ad-

mirando delectaris: ⁊ delectando admiraris: tanto libẽtius ĩmoraris: tanto diligẽtius perſcrutaris: pfundiuſq; illuminaris. Quotiens ex admiratione tua anim⁹ tuus p diuerſa rapitur: ⁊ ad ſingula delectabiliter afficit: totiens arca tua circũfert: q: cõtẽplatio tua dilatatur. Si te admiratio tua ad alciora ⁊ pfundiora rapit: ⁊ te in eoꝝ inueſtigatione delectabiliter ſuſpendit: nimirũ arca tua in altum ſurgit: q: intelligẽtia tua ſubtiliora capit. Quando decreſcit ſeu cum deficit ſpeculationis admiratio: ⁊ admirationis delectatio:: arca deponitur ad ima: q: ceſſat reuelatio diuina. In hunc itaq; modũ ſm qualitatẽ ⁊ quãtitatem noſtre admirationis ⁊ exultatiõis arca nunc in girum flectit: nunc ad alta ſuſtollit: nũc ad ima deponitur: q: ſm deſideriũ eſtuantis animi reuelatio formatur: ⁊ intelligentia multipliciter illuminatur.

## Q: in omni rerũ mutabiliũ ꝯtẽplatione neceſſe ſit diuine ſapiẽtie ꝯſideratione inherere: Ca. XXVII.

n Unc illud cõſideratione dignũ videtur: q꜄ cõueniẽter p moyſen de circulis ⁊ vectibus ſtatim ſubiungit: poſt q꜄ de triplici cõtemplationis genere myſtica deſcriptione digeſſit: qd (vti ſuperius tracta-

tũ eſt) de rebus viſibilibus ſurgit. Quis enĩ neſciat hmõi viſibilis machine: tã varia multiplicitas: ⁊ tam multiplex varietas: quante cõfuſioni ſubiaceat: cum vniuerſa eque eueniant iuſto ⁊ impio: bono ⁊ malo: mundo ⁊ immundo: ĩmolanti victimas: ⁊ ſacrificia contẽnenti: ſicut bonus: ſic ⁊ peccatoꝛ: vt piur⁹: ita ⁊ ille qui verũ deierat. Quis queſo eſt iſte rerum oꝛdo: ĩmo que tãta cõfuſio: ꝙ oĩbus oĩa eque eueniũt: ꝙ bonis bona ⁊ mala: ꝙ malis bona ⁊ mala pari ſoꝛte ꝯtingunt: Intantũ eñ huius cõfuſionis caligo imperitoꝛũ obtutũ obnubilat: vt deũ res humanas curare dubitet: vel penitus diffidat. Hinc vtiqȝ factũ eſſe quis neget: vt antiquitas foꝛtune fanũ erigeret: altare cõſecraret: Certe ſi ſolis bonis ſola bona: et ſolis malis ſola mala contingere cernerẽt: id recte: id iuſte fieri: nec imperiti negarent. Si vero bonis tantummodo mala: et malis tantũmodo bona acciderent: in hmõi diſpoſitionis ratione aſſignãda: minus foꝛtaſſis laboꝛarẽt. Videretur foꝛte diuine iuſticie cõgruere: nõ niſi multis laboꝛib⁹ ꝓbatos ad pꝛemia eterna ꝓuehere. Nũc autẽ cũ cõmunis caſus cõmuniter omnes inuoluat: quãtũ putas in tanta diuinoꝛũ iudicioꝛũ abyſſo humana ꝯſideratio fluctuat. Si eñ tãtã moꝝ di

uerſitatem diuina iuſticia nõ ignorat: cur q̃ſo mortalib⁹ tã diſparib⁹ diſparia nõ diſpẽſat: Si de⁹ malorũ oĩm finẽ ꝓuidit: ſi certos quoſqꝫ ad vitã ꝓordinauit. Quid q̃ſo eſt ꝙ ſapie ceteroꝝqꝫ ſpũaliũ cariſmatũ dona reprobis etiam q̃buſdã largiter tribuit: multoſqꝫ electorũ ſine his virtutũ diuitijs induratos vitijs diu iacere ꝑmittit. Si vero in oĩ hmõi fluctuatõe ꝑdictos diuine ſapie circulos fidei manu fortiter apphẽdimus: ad firmũ certitudinis ſtatũ noſipos citi⁹ erigimus. Si his circulis fortiter inherem⁹: ſi deũ nõ mõ oĩa ſcire: oĩa diſponere: imo oĩa ab eterno: ⁊ ꝑſciuiſſe: ⁊ ꝑordinaſſe firmiter credim⁹: facile ꝑuidere poterimus: quõ in his oĩbus ſapie ſue peritiã cõmẽdat: qd̃ in tam tenebroſa tãte cõfuſionis caligine: nihil eſt qd̃ añ ꝑſciẽtie ⁊ ſcie ei⁹ ꝯſpectũ latere valeat: qd̃ ꝑdeſtinatiõis ſue: ⁊ diſpoſitionis ſue curſũ: in tanta tot ꝑturbationũ ſilua: nullũ unq̃ꝫ alicui⁹ offenſiõis obſtaculũ: q̃ꝫtulũcũqꝫ ꝑpediat: ꝙ int̃ tot mutabilitatis anfractus ꝑ equitatis ⁊ pietatis ſemitas abſqꝫ vllo euagationis deuio ad deſtinatũ locũ ꝑcurrat.

Venerabilis magiſtri richardi de ſancto victore liber ſecũdus de arca myſtica feliciter explicit.

# Annotatio capitulorū libri tertij eiuſdem.

De materia quarte cōtemplationis: eiuſq; ꝓprietate. Ca. I.
Quō differat: vel quantū emineat hoc ꝯtemplationis genus primo vel ſcḋo. Ca. II.
Itē quō differat: vł ſupemineat ſcḋo. Ca. III.
Quomodo differat: vel quātum ſuperemineat tertio. Ca. IIII.
Quantū valeat fortiter inſiſtere huic cōtemplationi: vel quō mens ad ipſam ꝓficiat ex multa cōſideratione ⁊ cognitiōe ſui. Ca. V.
Quō ex ſpeculatione ſui ſpiritualiū intelligētia cōparat̄: ſeu etiā amiſſa reparat̄. Ca. VI.
Quō ex ſpeculatione ſui accepta intelligētia ad omnia dilatat̄. Ca. VII.
De ſenſu triplici: ꝑ quos diſcurrere habet cōſideratio ſui. Ca. VIII.
De ſenſu intellectuali: quo ſolo poſſunt inuiſibilia videri. Ca. IX.
De intellectuali ſpecula: eiuſq; ſupereminentia. Ca. X.
De triplici diſtictōe q̄rte ſpeculatōis. Ca. XI.
De ſubdiſtinctione primi gradus huius contemplationis. Ca. XII.
Quō in primo gradu huius ꝯtēplatiōis mēs

ercere ſe debeat: vel quantũ eiuſmodi exercitatio valeat. Ca. XIII.

Deſignatio eorũ que in hoc ſpeculatiõis gradu cõprehendi nõ poſſunt. Ca. XIIII.

Qꝛ nec negligere debemus illa que non niſi ex parte cõprehendimus. Ca. XV.

De ſubdiſtinctione ſecundi gradus huius cõtemplationis. Ca. XVI.

Qꝛ quedam ſimiliter in ſecũdo huius cõtemplationis gradu ſunt: que cõprehendi non poſſunt. Ca. XVII.

De prima & ſecũda diſtinctiõe huiꝰ ꝯtẽplationis earũdẽ differentia. Ca. XVIII.

Qꝛ nullo ſenſu noſtro cõprehendi valeant: q̃ ad tertiã diſtinctionẽ ſpectant. Ca. XIX.

Quõ hoc ꝯtẽplationis genus poſſit in qnqꝫ gradus diuidi: & que pertineãt ad primum gradum. Ca. XX.

De cõſideratione eorum que ꝑtinent ad ſecũdum gradum. Ca. XXI.

De ꝯſideratione eorum que pertinent ad tertiũ gradum. Ca. XXII.

De conſideratione eorũ que ꝑtinent ad quartum gradum. Ca. XXIII.

De conſideratione eorũ que ꝑtinent ad quintum gradum. Ca. XXIIII.

Finis.

Venerabilis magiſtri Richardi de ſancto victore liber tertius de arca myſtica: In quo de quarto genere contemplationis tractatur: feliciter incipit.

De materia quarte cõtemplationis: eiuſq; ꝓprietate: Ca.I.

Poſtquam ea que de circulis ⁊ vectib⁹ dicẽda videbant̃ executi ſum⁹: poſtulat expoſitionis ordo: vt de quarto genere cõtẽplationis aliqua loqui debeamus. Cõſtat itaq; hoc cõtemplationis genus: vt ſuperi⁹ iam diximus: in incorporeis ⁊ inuiſibilib⁹ eſſentijs: vtpote ſpiritib⁹ angelicis ⁊ ſpiritibus humanis. Digna ſane materia: digna plane eorum ſciẽtia. Hec eſt enĩ nobilis illa: imo nobiliſſima creatura ad imaginẽ dei creata: omnibus creaturis ꝑlata: ad ſummũ bonũ facta: in ipſo ⁊ de ipſo bonorũ omniũ creatore beanda. Ceterarum omniũ ꝑfectio creaturarũ: ſanctã ſcientiã hoꝝ quaſi ab imo reſpicit: ⁊ quãtũcũq; excreſcat: q̃uis multũ ſe erigat: ad huius cel-

ſitudinis culmē non ꝯtingit. Attende ꝙ recte deſignetur p ꝓpitiatoriū: quod erat quidem nō totum deauratū ſed aureū: totum de auro ſolo mundo atqꝫ puriſſimo factū. Illud iubetur fieri de auro puro ⁊ mundo: tu doceris ex eo in hac cōſideratione vti debere intellectu ſubtili ⁊ puro. Quid hic facit phantaſmatum corpaliū creatrix: moderatrix: reparatrix imaginatio. Recedat procul ab hoc negocio tot phantaſiaruꝫ imaginatio formatrix: que tot corporaliū formas quotidie nouas creat: antiquas reparat: ⁊ p tam multiplices varioſqꝫ modos ꝓ arbitrio diſponit ⁊ ordinat. Nil hic ꝓſunt imo multū obſunt ſuoꝝ ſimulacrorum tam copioſa multitudo. Quid te improbum huic operi ingeris? Quid te in huiꝰ ꝯtemplationis officinā cum tāta importunitate intrudis? Quid tu in hac officina? quid tibi cū pura intelligentia? Neſcis operari in auro: nihil tibi in tali officio. Neſcis purgare auruꝫ: qui ſemp turbas intellectū purū: aurum tuū mixtum eſt ſcoria: immo auri tibi nulla eſt copia. Faciendū eſt ꝓpitiatoriū noſtrū de auro mūdiſſimo. Nō eſt tibi qd̄ offeras: nō eſt tibi qd̄ agaſ: ad tale ⁊ in tali negocio: nihil in hoc opere opus habemꝰ opa tua paupcula ⁊ indiſciplinata. Nec habes aurū: nec noſti artificiū.

Quicq̃d aliud eſt q̃ʒ aur quod paras offerre: non eo opus habemus: Tolle quod tuum eſt ⁊ vade. Nil in hoc opere opus habemus caprarũ pilis: ſed nec pellibus arietinis: ſeu etiã quibuſlibet lignis. Quis multum ſis diues: ⁊ ſi hec ſeu his aliquid amplius habes: auruʒ tamen habere nõ potes: nec eſt tibi in quo artifices adiuues: pili caprarũ: ſordes concupiſcentiarũ: ⁊ ex carnis delectatione fetide diligenter inſpecte ſepi⁹ retractate: adiuuare poſſunt cõpunctos in oratione: exempla paſſionis: ⁊ q̃uis pelles arietũ ꝓprio ſanguine rubricate: iuuare poſſunt quãuis afflictũ tribulatione pietatis operationes: ⁊ hmõi quelibet arbores ꝑ miſericordie opera fructifere: a mũdi ſilua abſciſe: ⁊ ad iuſticie normã dolate ꝓdeẽ poſſunt ſedulis in adminiſtratione. Sed horũ omniũ ⁊ hmõi quorũlibet memoria turbare põt: potiuſq̃ʒ adiuuare animos ſuſpenſos in hmõi contẽplationis ſpecula. Quãto enim omniũ corporaliũ phantaſmatũ ꝑfecti⁹ obliuiſcimur: tãto ꝓfundi⁹: tãto liberi⁹ ſuꝑ mũdanarũ eſſentiarũ occulta rimamur. Mundet ĝ aurũ ſuum: ſtudeatq̃ʒ purgare intellectum ab omniũ incurſione phantaſmatũ: qui anhelat ad faciendũ ſibi ꝓpitiatoriũ. Quis m̃ det iuenire virũ diuitiaꝝ: virũ plene eruditũ: talem

deniqꝫ virum: cui nec deſit auri copia: nec ar/
tis induſtria: ad faciēdū ꝓpiciatoriū quo ope
rienda eſt arca? Quis eſt ille qui ſciat aurum
ſuū ab omni ſcoria mundare: qui nouerit cor
ſuū ab omni fantaſia a deo purgare: quātum
exigit dignitas operis: vel vrget auctoritas
p̄ceptoris? Quis ille eſt qui ſciat hmōi opus:
ꝛ ad diffinitū diuino documento modū diſtē
dere: ꝛ ad certā menſurā reſtringere: qui noue
rit cor ſuū infimarū rerum cogitationibus in
imo relictis: in ſolo ſuꝑ mundanorū ſpectacu/
lorum intuitu defigere: ꝛ quantū huiꝰ ſpecu/
lationis amplitudo exigit: intelligētie ſue ra/
dios circūquaqꝫ diffundere? Quis inquā ille
qui tantā apud ſe copiā inueniat: qui tāta in/
telligentie viuacitate vigeat: vt ſufficiēter ad
manū habeat: vnde ꝛ quō poſſit ꝓpitiatoriuꝫ
ſuū in tantā longitudinē extēdere: ꝛ in eā lati/
tudinē expandere: qua poſſit totā arcam ope/
rire? qui eouſqꝫ ad celeſtiū animorū cōcordiā
ſpūaliū gaudiorum armoniā intendat: vt om
nem mundanā gloriā: omnē mundanā prudē
tiam: ꝛ ꝑ deſpectū deorſum premat: ꝛ ſibiipſi
interim ꝑ obliuionē abſcōdat. Optimus mū/
dator auri: peritus artifex ꝓpitiatorij: qui to/
ta nouit intētione inherere celeſtibꝰ: querens
ſola que ſurſum ſunt ſapere: vt nihil infimorū

oīm: vel ꝑ deſideriū reſpiciat: vel ꝑ cogitatio-
nē aduertat. Quartū aūt cōtemplationis ge-
nus ꝙ ꝑdicta tria mira dignitatis ſue eminen
tia ſuperet: diligētius intuentē: recte intelligē
tem ratio manifeſta latere nō ſinit.

## Quomō differat: vel quantū emi-neat hoc cōtemplationis genus pri-mo vel ſecundo: Ca.II.

Vis ſcire quantū interſit inter primū:
⁊ hoc de quo loquimur quartū. Diſ-
cute ſi potes quantū a ſe diſtent: auꝝ
⁊ lignū. Nam primū opus ex ligno: quartuꝫ
ex auro cōficiť. Et prima ꝑ primū opus: ſecū-
da ꝑ ſcđm conſiderationis ſpecies figuratur.
Quantū a ſe differre putamus ſpiritū ⁊ cor-
pus: ſi tantū a ſe diſtat corpus et corpus: ꝙꝫ-
ta differentia erit corporiſ ⁊ ſpūs: Compara
ſi placet ſolē cū ſilice: ⁊ que ſit ſummorū ⁊ in-
fimorū corporū differentia: facile poteris ad-
uertere. Longe tñ maior crediť cuiuſlibet dif-
ferētia corporis ad quēlibet ſpiritū: ꝙꝫ poſſit
eſſe differentia quorūlibet ⁊ quātūlibet diſſi-
miliū corporū. Puto qꝛ ſm diſtantiā eſſenti-
arum: erit ⁊ differētia ſcientiarū. Quāta autē
differentia ſit harū quas hic ad inuicē cōferi-
mus ſpeculationū: ſaltē te admoneat vtriuſqꝫ

inſtrumentũ. Illa ſiquidẽ imaginationi: iſta aũt innititur rationi. Sed quantuꝫ putamus intereſſe inter imaginationẽ ꝛ rationẽ: niſi q̃n tum intereſt inter dominã ꝛ ancillã: iter inclytam ꝛ ignominioſam: eruditã ꝛ fatuam: Vidiſti quantũ hoc cõtemplationis genus ſupemineat p̃mo: attende ꝛ nunc quantũ differat a ſecundo. Cõpara ad inuicẽ figurã amborũ: cogita ſi potes q̄d ſit iter arce deaurationẽ ꝛ ꝓpitiatoriũ aureũ: opus videlicet ſecũdũ ꝛ quartum. Attende itaqꝫ vtriuſqꝫ ſitũ ꝛ locum: ꝛ ꝙ illud quidẽ adheret: iſtud aũt ſupeminet ligno. Sed ꝛ illud ſurgit ab imo: iſtud vero iacet in ſummo. Et quidẽ vtrũqꝫ opus ex auro cõficitur: nã i vtraqꝫ harũ ſpeculationũ rerum exiſtentiũ ratio queritur: ſed in illa ratio rerũ viſibilium: in iſta eſſentiarũ inuiſibiliũ dignitatẽ aut occultam rimamur: aut propalatam miramur. Ibi ergo ligna quedam velut auri fulgore ornamus: ibi rerum tantummodo diſpoſitionem cũ rationis aſſignatione diſcutimus. Sed artificiale illud ꝓpitiatorij noſtri opꝰ recte quideꝫ lignis omnibus ſuperfertur: qꝛ calcatis vndiqꝫ corporalium fantaſmatum occurſibus ſublimis huiꝰ inueſtigationis libamine animꝰ ad ſumma leuat̃: ꝛ in eorũ admiratione ſuſpendit̃. Ibi quidem arce noſtre

deauratio paulatim ſurgit ab imo: ⁊ dum ſenſim ad altiora ꝓficit: quãdoqꝫ ſũmitatez arce noſtre apprehẽdit. Sic nimirũ: ſic ex rerũ viſibilium cognitione: ex vanitatis mutabilitatiſqꝫ cõſideratione cogit animus ea ipſa que minus miratur fugere: ⁊ de quodã quaſi immenſo fluctuatiõis diluuio in aurã vere libertatis effugere: cui eſt ꝓprium plene ima deſerere: inferiora omnia ꝑ deſpectuz calcare: ⁊ in ſummis ⁊ veris bonis ꝑ deſideriũ requieſcere. Nihil verius: nihil rectius vtiqꝫ: ⁊ abſqꝫ vlla dubitatione mundanorũ mutabilitas quãto diligentius cõſpicitur: tanto melius: tanto manifeſtius ⁊ ꝑ fortitudinẽ fugienda: ⁊ ꝑ deſpectũ calcanda cognoſcitur. Q̃uis em̃ in ipſis ſint innumera ex diuina diſpoſitione miranda: ſunt tñ eadem ipſa ⁊ ꝓ ſua mutabilitate cõtemnẽda: ⁊ ꝓ noſtra vtilitate fugienda. Quid eſt ꝙ ꝓpitiatoriũ ne lignis imediate iũgatur deauratiõis interpoſitõe ſemouet: niſi ꝙ ex mutabiliũ cognitiõe: ⁊ mutabilitatis cõtemplatione ab eorũ amore repellimur: Attẽdat ergo vnuſquiſqꝫ noſtrũ in hui⁹ ꝓpitiatoriũ: ⁊ tũc redeat ad ſeipſum. Ecce ꝓpitiatoriũ noſtrum imis ſupeminet: in ſummis iacet. Supereminet vt p̃ſideat: iacet vt quieſcat. Aſcende ergo ⁊ tu ad cor altum: fige in ſummis de-

ſiderium tuũ: ⁊ inuenies tam iocundũ q̃ tranquillũ reclinatoriũ.

## Item quomodo differat: vel ſupereminaeat ſecũdo: Ca. III.

p Oſſumus tamẽ adhuc differentiam harum cõtemplationũ ꝓpriam ⁊ ſpecialem oſtendere: ſi in earũ figurã velimus diligẽtius intendere. Oportuit enĩ ꝓpiciatoriũ vtpote arce operculũ nõ nihil habere ſpiſſitudinis. Deauratio ꝟo multũ tenuis pene imo penitus nil videt̃ hr̃e nõ dicã craſſitudinis ſ nec ſoliditatis. Quid enĩ deauratiõe rectius appellemus: q̃ quandã ſenſus exterioris illuſionẽ? Illud ſiquidẽ cui deauratio ſupducitur: totũ aureũ viſui exteriori mentitur. Sic nimirũ: ſic ſcientia illa que inflat: quorundã quidẽ alta ſapientiũ: ſed carnaliter deſipientiuꝫ: oculos magis illudit q̃ illuminat. Quo enĩ tibi ſciẽtia exteriorũ: niſi forte te adiuuet ad ſcientiã interiorũ? alioquin ſapiẽtia tua ſtulticia eſt apud deũ. Quid tibi ꝓdeſt cetera omnia ſciſſe: ⁊ teipſuꝫ neſcire: creatorẽq̃ tuũ ignorare? Quid tantũ gloriaris mũdi philoſophe? Si gloriari oportet: non in te: ſed in dño gloriare? Profecto ſi hec tua ſapiẽtia inſipida: ⁊ doctrina indocta: te ad cognitionem

tui: ſeu etiã ad noticiã dei ꝓuocaret: te nõ taꝫ tumidum ꝙ̃ timidũ redderet. Si ſapis recte: ſi ſapis vere: noli altũ ſapere: ſed time. Quid habes qđ nõ accepiſti? Gloriari oportet in illo a quo accepiſti. Quid autẽ gloriaris quaſi nõ acceperis? Si voluero inquit gloriari nõ ero inſipiens: veritatẽ eñ dicam. Uides certe ꝙ nomen habeã ex re: philoſophus dicor: amator ſapientie: eo ꝙ dixerim ſapiẽtie: Soror mea es: ⁊ prudentiã vocaui amicã meaꝫ. Falleris falleris philoſophe: ſpecies eñ decepit te: ⁊ cõcupiſcentia ſubuertit cor tuum. Hec quã ſapientiã putas: ſapientiã nomĩas: ſtulticia eſt apud deũ. Quid tibi ꝓdeſt cetera omnia ſciſſe? Quis ergo inquis ei locus eſt in arca ſapiẽtie: vel quid tale opus tali eguit deauratione? ſi ſufficietenus lucet: ſi nihil ſolidum habet: cur in tali opere locũ materie tenet? Audi ergo ſi placet: quid placeat in opere noſtro: vel quid nobis diſpliceat in opere tuo? Arca tua nõ habet operculũ: neſcꝭ facere ꝓpitiatoriũ: ſed ſola contentus deauratione: gloriaris de operis cõſũmatione: facis et neſcis opus cõtumelie: dignũ ſane omni deriſione: eo ꝙ ceperis edificare: ⁊ nõ potueris conſũmare. Stulte ⁊ inſipiens neſcis an diſſimulas: q꞉ vas qđ operculũ nõ habet iuxta diui

num ꝑceptũ facile occaſione frangi opoꝛtet. Dignum ſane vas qȯ frãgi debeat: eo ꝙ ſemper ꝛ vbiqꝫ ſoꝛdibus omnibus pateat. Mundas immũde philoſophe: qȯ deforis eſt vaſis tui: intus autẽ plenũ eſt omni ſpurcicia: et ſola cõtentus fama nullum ſtudiũ exhibes in emundanda cõſcientia. Arca tua exteri⁹ ſplẽdet: intus ſoꝛdet: vtpote que operculũ nõ habet. Captatoꝛ fame: neglectoꝛ cõſcientie: nunqd nã non attendis: quia hec opoꝛtuit facere: ꝛ illa nõ omittere. Luceat arca tua exteri⁹: luceat nihilomin⁹ interi⁹. Exteri⁹ luceat ꝓpter illȯ: Sic luceat lux vr̃a coꝛã hoĩb⁹: vt videãt opa vr̃a bona: ꝛ gloꝛificẽt patrẽ veſtrũ q̃ in celis eſt. Intus autẽ nihilomin⁹ luceat: ꝓpter illud: Phariſee cece munda pꝛius qȯ intus eſt calicis ꝛ parapſidis: vt fiat ꝛ id qȯ de foꝛis eſt mundũ. Opus ergo habet arca noſtra deauratiõe: ſed nõ opoꝛtet eã ſola deauratione ꝯtẽtã eſſe: nã ſine operculo non põt internã mundiciã cõſeruare. Stude ḡ iuxta diuinũ documentũ facere ꝓpitiatoꝛiũ: ꝛ quale ſapientie arcam decet. Accipe opculũ philoſophe ĩmunde: ſi vis habere ſapiẽtie arcã intrinſec⁹ mundam: ꝛ ſi cõſeruare cupis coꝛdis mundiciam. Aſcẽde ad hunc quartũ ꝯtẽplationis gradũ: qui deſignat̃ ꝑ arce ꝓpitiatoꝛiũ. Superi⁹ iaꝫ

dixim⁹ q̄ hec illa eſt ſpeculatio que habet̃ de ſubſtantijs inuiſibilibus: humanis videlicet ſeu etiā angelicis ſpiritib⁹. Primū ergo eſt in hac cōſideratione vt redeas ad teipſū: intres ad cor tuū: diſcas eſtimare ſpiritū tuū. Diſcu te quid ſis: q̄d fueris: quid eſſe debueris: q̄d eſſe poſſis. Quid fueris p̄ naturā: q̄d mō ſis p̄ culpam: quid eſſe debueris p̄ induſtriā: quid adhuc eſſe poſſis p̄ gratiā. Diſce ergo ex tuo ſpiritu cognoſcere: quid debeas de alijs ſpiritibus eſtimare: hec porta: hec ſcala: hic introit⁹: iſte aſcēſus. Hac intrat̃ ad intima: hac eleuatur ad ſumma. Hec via ad huius ſpeculationis faſtigiū: hoc fabricandi ꝓpitiatorij artificiū. Hec eſt ars abſq; dubio p̄ quam cordis mundicia recuperat̃: recuperata ſeruat̃. Vides certe q̄ recte hoc opus arce operculū dicimus: p̄ qd̄ interiorum mundiciā munimus. Vtiq; ſi arca tua cū deauratione ſua tali op̄culo huius ꝓpitiatorio ſubiaceret: ſi tua philoſophia tali philoſophie ſubſeruiret: vtiq; nobis & ipſa placeret. Sed norūt ea vtiq; noſtri melius theologi q̄ mūdi philoſophi. Deniq; audi q̄d nobis ī noſtro opere placeat: vel quid tibi in arce noſtre deauratione placere iuſte debeat. Primo q̄ ligno ſuperponitur: ſecundo q̄ propitiatorio ſupponitur: tertio

q vtriqꝫ interponit. Ligno ſupponit vt emi/
neat: ⁊ cõcupiſcentiã oculorũ tibi abſcondat:
⁊ ſit tibi in velamẽ oculoꝝ tuorũ: ne forte ape
riantur oculi tui ⁊ videant vanitatẽ. Propiti
atorio ſupponit: vt in alta attollat: vt inferioꝝ
ſcientia ſupiori ſubſeruiat: ⁊ mẽtis oculũ mul
to exercitio ad altiora capiẽda exacuat. Pro/
pitiatorio ⁊ ligno interponit: vt ab inuicẽ di/
uidat: ⁊ animũ humanũ ab inferiorũ amore
ſuſpendat: ne forte de ſublimibus deiect⁹: et
de loco voluptatis a ꝓpria cõcupiſcentia ab/
ſtractus: ⁊ illect⁹: poſt cõcupiſcẽtias ſuas eat
⁊ fiat vagus ⁊ ꝓfugus ſup terram.

## Quomõ differat: vel quantũ ſup emineat tertio: Ca. IIII.

C Omparauimus iam quartũ cõtem/
plationis gradũ cũ primo ⁊ ſecũdo:
cõferatur adhuc ſi placet etiã cũ ter/
tio. Sed hoc forte melius facim⁹ ſi ĩ vtriuſqꝫ
figurã intẽdimus. Intendẽs itaqꝫ in amboꝝ
figurã: aureũ ſcꝫ ꝓpitiatoriũ: aureãqꝫ coronã
multiplicẽ eorũ inuenio differentiã. Taceo il
lud q corona ligno affigitur. Nã tertius ꝯtẽ/
plationis gradus (vt superi⁹ monſtratuꝫ eſt)
imaginationi innitit. Quart⁹ vero hic (de q̃
modo loquimur) omnẽ imaginationẽ ſupe in/

ueſtigationis altitudine calcare cõtendit. Vnde ppter ſimilitudinis exp̄ſſionē ꝓpitiatoriū noſtrū: nec ligno adherere: nec affigi debuit. Tranſeo ⁊ illud ꝙ corona ſtanſ in altū ſurgit: ꝓpitiatoriū vero iacens in magnā ſe circūquaqꝫ amplitudinē expandit: eo ꝙ in hmōi ꝯtemplatōis dulci ſuauitate: ⁊ ſuaui dulcedine animus ſibi magne ſecuritatis locum: ⁊ mirande tranquillitatis ſecretū primo inueniat: ⁊ tam inſolita: inexptaqꝫ iocūditas cordis deſideriū ad quietē colligat: ⁊ ad pacem cõponat. Sed vtriuſqꝫ magnitudinē attendo: ⁊ eorū in hac parte differentiā ſine diligenti cõſideratione nõ tranſeo. Ecce em̄ qđ negare nõ valeo: nihil differūt in materie qualitate: ſed multum eſt ꝑ omnē modū: ꝙ ab inuicez diſtant in materie quãtitate. Vtrūqꝫ ex auro formaꝛ: quia vtrūqꝫ in ratiocinatiõe verſatur. Sed ꝑ exiguū valde eſt illud tantillū auri vnde corona ꝓducitur: ſi ad ꝓpitiatorij magnitudinē comparetꝛ. Deniqꝫ hmōi menſura cū magna diligentia tam in lõgitudine q̄ꝫ in latitudine diuino magiſterio diffinitꝛ. De illiꝰ autē magnitudine oīno tacetur: nec ulla eiꝰ menſura deſcribitur: ac ſi diuinꝰ ſermo de corone fabricatione tacite innuat: Qui põt caꝑe capiat: ⁊ vnuſquiſqꝫ q̄ꝫtū põt facere faciat. Puto qꝛ ſi eius

altitudo: vel vſq ad dimidiũ cubitum ſe extẽ-
dere potuiſſet: qd diuinus ſermo hoc oĩno ta
cite nõ preteriret. Sed nouit domin⁹ figmen
tum noſtrũ: et eum qui docet hominẽ ſcientiã
oĩno latere nõ potuit: quãtã ad hoc opus hu
mana paupertas auri inopiã ſuſtineat: et quõ
eam in eius cõſiderationis ſpecula ſenſus ſui
exiguitas anguſtet. Quo nã em̃ mõ eo loco ſa
piẽtie auri abũdet: vbi ad ea q̃ intelligẽda ſũt
oĩ inſtrumẽto caret: vel ſi hʒ habet. Quale q̃-
ſo homo inſtrumentũ inueniet ad apphendẽ-
dam eã pacem: que exuperat omnẽ ſenſum?
Quo queſo ſenſu cõprehendat quod oculus
non vidit: nec auris audiuit: nec in cor homi-
nis aſcẽdit. Nam cũ paulus vel paulo ſimi-
lis eleuatur ſup ſeipſum: rapit vſq ad tertiuʒ
celum: profecto archana illa que non licet ho
mini loqui: nõ inueſtigat per ſpiritũ ꝓprium:
ſed reuelat ei deus per ſpiritũ ſanctum. Sed
quicquid iuxta hunc modum per quendam
mentis exceſſum humana ratio attingit: hu-
ius tertie cõſiderationis ſpecula p̃ nimia exi-
guitatis ſue anguſtia minime capit. Deniq
ad aliud non autẽ ad hoc cõtemplationis ge-
nus pertinet quicquid humana experientia p
mentis exceſſum raptim videt. Quid ergo mi
rum ſi menteʒ humanã ſcientie ſue exiguitas

anguſtat: in ea potiſſimū conſideratione: vbi ad ea que inueſtiganda ſunt magna ſenſus inopia laborat. Quicquid eñ de rerū inuiſibilium cognitione: ratiocinādo colligit: vel per rerum viſibiliū ſimilitudinē inuenit: in veritatis cōtemplatione pene nihil eſſe dephendit. Unde eſt ꝙ corone nulla menſura preſcribit: que in ꝓpitiatorij deſcriptione tam diligenter exprimitur: puto qꝛ ex his patenter datur intelligi: cur in hoc adhuc opere tāta ſit inopia auri.

## Quantum valeat fortiter inſiſtere huic cōtemplationi: vel quomō mēs ad ipſam ꝓficiat ex multa cōſideratione ꝛ cognitione ſui: Ca. V.

Qui aūt querit ſapiētie auro abūdare debet iuxta vires ſuas huic q̄rte cōtēplationi inſiſtere: ac ꝓpitiatorio fabricādo fortiter deſudare. Placet eñ multuꝫ poēm modū huiuſ opus: ꝛ offert in id operis ſponte ſua oīs vltroneus: nō dicā quātū ſatis eſt: ſed pene ſꝑ pluſq̄ꝫ neceſſe eſt. Nunq̄ꝫ auri copia illi deeſſe poterit: qui huic operi fortiter inſtiterit. Si rationē queris rationē accipe. Cum eñ incipis ſpiritalibus theorijs inſiſtere: ꝛ per ſpirit⁹ tui ꝯſiderationē in ſpirituū

cōtemplatione aſſurgere: ⁊ in hunc modū ſpi ritualibus ſpiritualia cōparare: incipis et tu ſpiritualis eſſe. Immo abſq3 dubio in hac cō/ templatione pficeris: qđ in pcedenti incipis eſſe videlicet ſpūalis. Et ſatis noſti: q2 ſpūalis diiudicat oīa: ⁊ h̄ q̄lis erit ſciētia: q̄ntaue auri hui⁹ copia poſſe diiudicare oīa. Uis adhuc tibi aperti⁹ oſtendi vnde tibi cōparare poſſis hanc copiā auri. Nūquid nam mēti excidit q͏ regnū dei intra nos ſit: Ecce inquiſ intra nos eſt regnū celoꝝ. Sed nūq̄t ſimiliter ītra nos eſt etiā aurū: Quid inquā ſiccine oblitus es: quia ſimile eſt regnū celoꝝ theſauro abſcon/ dito in agro. Ecce vnde tibi copia auri: copi/ oſe abūdet ad manu3 habes: effode ſi placet: tantūmodo vade: ⁊ vende que habes: ⁊ eme agrū iſtum: ⁊ quere theſauru3 abſconditum. Quecūq3 in mūdo cōcupiſcis: quecūq3 ī mū do amittere metuis: inpēde libēter p libertа te cordis. Empto aūt agro fode in altū: exul/ tans nimirū ſicut qui effodiunt theſauꝝ: gau dentq3 vehemēter cū inuenerint ſepulchru3. Querere aūt opoꝛtet theſaurū hunc in pfun/ do: q2 ſapientia trahiť đ occulto. Sed me mi ſerum: vnde mihi aurū in deauratiōe coꝛone: ⁊ ppitiatoꝛij. Argentū ⁊ aurū non eſt mihi: et vnde vel quō poſſunt hec fieri. Qua arte q̄ſo

aurū mihi cōpero:Fodere nō valeo: mendi/
care erubeſco:ſcio quid faciā: vadaꝫ ad patrē
meū:patrē miſericordiarū: a quo omne datū
optimū:ꝛ omne donū ꝑfectuꝫ: eo ꝙ ſit diues
in omnes:qui dat omnibꝰ afflnēter: ꝛ nō im/
properat.Effundo itaqꝫ in cōſpectu eiꝰ orati
onem meā:ꝛ paupertatē meā ante ipſum ꝓ/
nuncio:ꝛ auri inopiā:ꝛ dicam ei: Domine tu
ſcis inſipientiā meā:ꝛ ſubſtātia mea tanqꝫ ni/
hil ante te. Da mihi intellectū dn̄e: ꝛ aurū ha
beo:ꝛ diues ſum. Cuſtodi animā meā qm̄ in/
firmus ſum:ꝛ quale cōcupiſco habeo ꝓpitia/
toriū. O quāta illi copia auri extitit:qui in ve
ritate pſallere potuit: Suꝑ omnes docentes
me intellexi.Et rurſum: Suꝑ ſenes intellexi:
qꝛ mandata tua queſiui. O quale ꝓpitiatoriū
habebat:qui corā dn̄o fiducialiter pſallebat:
Protexiſti me a cōuentu malignantiū a mul/
titudine operantiū iniquitatē.Sero quidem
verūtamē tandē aliquādo paulus ſibi fecerat
ꝓpitiatoriū:qui palā ꝓfitetur:nihil mihi con
ſcius ſum.Sine em̄ ingenti cōſilio cōſcientie
ſue arcā mundare nō noſſet:ꝛ ſine aureo ꝓpiti
atorio cordis archana munda ſeruare nō poſ
ſet. Sꝫ eo adhuc tempore quando ꝑſecutus
eſt eccleſiam dei:puto qꝛ ꝓpitiatorio careret.
Sꝫ reputatū eſt ei ad indulgētiā: eo ꝙ neſciꝰ

hoc faceret: ⁊ aurū nō haberet vnde ſibi ꝓpiti atorium faceret. Deniqꝫ quo nā modo ꝓpitia torium facere poterat: quādo apertis oculis nil videbat: ſed poſtq̄ꝫ recepit lumen oculoꝝ ſuoꝝ: factus eſt vir videns paupertatē ſuam ⁊ de reliquo curam ſui curioſius agens: reuerſus eſt in ſemetipſum: ⁊ experimento didicit: qđ abſqꝫ dubio intra nos ſit regnū celoꝝ. Inuento nāqꝫ theſauro abſcondito in agro: ditatus eſt valde: ⁊ factus inclyt⁹ cepit poſſidere ſubſtantiā multā nimis ſup milia auri ⁊ argenti. Deniqꝫ audi glorianté: nō tam de auro q̄ꝫ de theſauro. Habem⁹ aūt (ait) theſaurū iſtū in vaſis fictilib⁹. O virum diuitiarum: o vere inclytuꝫ factū. Nunquid nā nō erat vir ille ditiſſimus inter omnes orīētales: qui ſapientiā loquebať inter ꝑfectos: Sed quid de illo dicturi ſumus: qui nō ſero quidē ſicut paulus: ſed ab ineunte etate ꝓpitiatoriū ſibi fecerat: ꝑ quod ⁊ cordis ſui mundiciā ſeruauerat. Unde ⁊ dicebat: Neqꝫ em̄ repħendit me cor meum: ī omni vita mea. Deniqꝫ ſi ⁊ tu cupis implere dominicū p̄ceptū: omni cuſtodia ſerua cor tuū: ⁊ quale a te dn̄ſ exigit cepiſti facere ꝓpitiatoriū. Diſce vel exemplo quid facere expediat. Audi dauid quomō tibi ſeipſum in exemplū ꝓponat: Meditatus ſum (inquit) no/

cte cū corde meo: et exercitabar ꝛ ſcopebā ſpiritum meū. Meditabatur ille cum corde ſuo: meditare ꝛ tu cum corde tuo. Scopebat ꝛ ille ſpiritum ſuū: ſcope et tu ſpiritum tuū. Exerce agrum iſtū: attende temetipſum abſq; dubio inſiſtens huic exercitio: inuenies theſaurum iſtum abſconditū in agro.

## Quomō ex ſpeculatione ſui ſpiritualiū intelligētia cōparat̄: ſeu etiam amiſſa reparatur: Ca.VI.

e X hoc exercitio creſcit auri copia: multiplicatur ſcientia: augmentatur ſapientia. Ex hoc exercitio cordis oculus mundat̄: īgeniū acuit̄: intelligētia dilatat̄. Nihil recte eſtimat: qui ſeipm ignorat. Neſcit ꝙ ſub pedibus ſuis omnis mūdana gloria iaceat: q̄ ꝯditionis ſue dignitatē non penſat. Neſcit oīno: neſcit q̄d de ſpiritu angelico: q̄d de ſpiritu diuino ſentire debeat: q̄ ſpiritū ſuū prius nō cogitat. Si nōdū idone⁹ es intrare ad temetipſum: quomō ad illa rimanda idoneus eris: que ſunt ſupra temetipſum? Si nondū dignus es intrare in tabernaculum primum: qua fronte p̄ſumis īgredi in tabernaculū ſecūdū: h̄ eſt: in ſctā ſctōꝝ? Si nōdū moliri potes greſſ⁹ altos: vt cū dn̄o ieſu: vel ſaltē cū moyſe

aſcendas in montē excelſum: qua ꝓſumptiōe paras volare in celum? Prius redi ad te ꝙ̄ rimari ꝓſumas que ſunt ſupra te. Prius ſol ortus ſui cōfinia irradiat: ꝙ̄ ad altiora conſcendat. Hinc etiā p ſalomonē dicitur: Oritur ſol ꝛ occidit: ꝛ ad locū ſuum reuertit̄: ibiqꝫ renaſcens girat p meridiē: ꝛ flectitur ad aquilonē. Ergo ſol ad locū ſuum reuertit̄: vt ibi renaſcatur: indeqꝫ renaſcēs paulatim ſe ad altiora eleuat: vt poſtmodū celi verticē tangat. Oritur inquit ſol: ꝛ occidit: ꝛ ad locū ſuum reuertit̄. Sol oritur quādo veritatis itelligētia cordi inſpiratur. Itēqꝫ ſol occidit: cū intelligētie radius ſubtrahit̄. Sed poſt occaſum ſol ad locum ſuū reuertit̄: vt iterū renaſcatur. Solis huiuſcemodi locus ipē eſt anim⁹. Ex ipſo em̄ animo intelligentia naſcit̄: qn̄ a diuina gratia viſitatur. Quid ergo eſt ſolē ad locū ſuū redire: niſi mentis intuitū ad ſui cōſiderationē reflectere? Poſt occaſum ergo ſol ad locū ſuuꝫ reuertitur: qꝛ p ſubtractionē gratie ad defect⁹ ſui cōſiderationē mentis oculus reuerberat̄. Per hoc em̄ ꝙ diuina gratia ſe ad tēpus ſubtrahit: cogitur homo cogᷠſcere ꝙ̄ nihil ſit: ꝛ ꝙ̄ p ſe nihil poſſit. Sed poſt loci ſui reuerſioneꝫ iterū renaſcit̄: qꝛ p ꝯſiderationē ꝓprie infirmitatis amiſſa intelligentia reparat̄.

## Quō ex ſpeculatione ſui accepta intelligētia homo ad omnia dilatat̄. Capitulū.VII.

In loco aūt ſuo ſol renaſcēs paulatiꝫ ad altiora ꝯſcēdit: cū anim⁹ ꝑ ſui cognitōēꝫ ī celeſtiū ꝯtēplatiōꝫ aſſurgit. Sꝫ cū ad ſummū vſqꝫ ꝑducit̄: ibi libēter immorat̄: qꝛ mira illic ſupceleſtiū ſpectaculoꝝ iocūditate reficit̄. Studioſe itaqꝫ in eo locoꝝ moras innectit: vbi curſum ſuū in circulū flectit. Ea ꝑpt̄ vtiqꝫ gyrat ꝑ meridiē: neqꝫ eo deſiderio fert̄ ī imo: ſ flectit̄ ad aqlonē. Jocūda ſane admodū plaga meridiana a nimietate luc̄ ꝛ caloꝛe diei: eo ꝙ dulce ſit valde ꝛ delectabile aſpectu contemplari beatoꝝ ſpirituū oꝛdines hilareſcētes in claritate et charitate dei. Nihil ꝓculdubio tale habet aquilonaris illa plaga ꝑpetuis tenebꝛis addicta: ꝛ ꝑhenni frigoꝛe dānata: eo ꝙ in talib⁹ regiōib⁹ digne cruciēt̄ repꝛoboꝝ coꝛda: ꝛ ꝑ maliciā frigida: ꝛ ꝑ ignoꝛantiā ceca. Nō ġ illuc vſqꝫ ꝑcurrit: ſed tm̄ flectit̄. Nā nullo deſiderio puto ad tam inamabilē regionē trahit̄: flectit̄ tm̄ vt q̄ illic ſūt q̄ſi alonge ꝓſpiciat: et q̄ mala qua cautelaqꝫ vitare debeat agnoſcat. Jn oꝛiēte accipimus cognitionē moꝝ nr̄oꝝ: diſcretionē virtutū ꝛ

vitio℞. In meridie cōtēplamur ꝑmia meritorū bono℞: gaudia ciuiū ſupno℞ ⁊ arcana diuino℞ ſecreto℞. In ſeptētrione cognoſcimus retributiōes malo℞ merito℞: maligno℞ ſpirituū dānationē ⁊ reprobo℞ hoīm finē. Uides q̄tū valeat homi plena cognitio ſuiipſi⁹. Ex hac ſiq̄dez cognitiōe ꝓficit hō ad cognitionē omniū celeſtiū: terreſtriū ⁊ inferno℞.

## De ſenſu triplici ꝑ quos diſcurrere habet cognitio ſui. Capi. VIII.

I q̊ cupis euolare vſq₃ ad ſecūdū ſiue etiā vſq₃ ad tertiū celū: ſit tibi trāſitus ꝑ ꝑmū. Spūs ſiq̄dē oīa ſcrutat̄: etiam profunda dei. Si ergo ⁊ tu ſcrutari patas ꝓfunda dei: ſcrutare prius ꝓfunda ſpūs tui. Profundū ſiq̄dē īmo ⁊ prauū ē cor hoīs ⁊ inſcrutabile: ⁊ q̄s cog̊ſcet illud? Inſcrutabile ſane niſi forte ei q̄ ſpiritalis ē. Spiritalis.n. diiudicat oīa: ⁊ ipē a nemine iudicat̄: eo ꝙ ſoli ſpiritales digni inuēti ſūt q̄ videāt opa dei: ⁊ mirabilia ei⁹ ī ꝓfūdo. In h̄ ſane ꝓfūdo īuenies multa ſtupēda: ⁊ admiratiōe digna. Ibi īuenire licet aliū quēdā orbē terra℞: latū q̄dē ⁊ amplū: ⁊ aliā quādā plenitudinē orbis terrarū. Ibi ſua quedā t̄ra ſuū habet celū: nec vnū tm̄: ſ; poſt ꝑmū ſecūdū; ⁊ tertiū poſt ꝑmū ⁊ ſe

cũdũ. Et vt ħ triplex celũ cõgrua poſſim⁹ di‑ſtinctiõe diſcernere: ꝑmũ dicaṫ imaginabile: ſecũdũ rõnale: tertiũ intellectuale. Tenet itaq̃ imaginatio vicẽ ꝑmi celi: rõ ſcd̃i: intelligentia ṽo tertij. Et hoꝝ q̃dẽ ꝑmũ ceteroꝝ cõpatiõe groſſũ atq̃ corpulentũ: ⁊ ſuo q̃dãmõ palpabile atq̃ corpeũ: eo ꝙ ſit imaginariũ atq̃ fãtaſticũ: poſt ſe trahẽs ⁊ ĩ ſe retinẽs formas ⁊ ſiłitudines rerũ corpaliũ. Reliqui ṽo duo celi hui⁹ cõpatiõe admodũ ſbtiles ſũt ⁊ oĩno incorporei: ⁊ a ꝑmi craſſitudine młtũ lõginq̃. Sic ſane celũ exteri⁹ qd̃ nos dicim⁹ firmamẽtũ abſq̃ vlla dubitatõe cõſtat eẽ viſibile atq̃ corporeũ: ⁊ ip̃m q̃dẽ oĩm ꝑmũ ⁊ infimũ. Qd̃ aũt eſt ṫra ad ħ viſibile celũ: ħ ẽ ſenſus corpore⁹ ad illud internũ et fantaſticũ ac imaginariũ celũ. Nam ſicut hoc viſibile celũ omniũ q̃ terra gignit atq̃ nutrit multitudinez ſinus ſui magnitudine cõprehẽdit: ſic omniũ q̃ ſenſus attingit: appetitus ſuggerit ſiłitudines intra ſinũ ſuum imaginatio includit. In primo itaq̃ celo cõtinenṫ oĩm rerũ viſibiliũ imagines ⁊ ſiłitudines. Ad ſecũdũ ṽo ꝑtinẽt viſibiliũ oĩm rõnes: diffinitiões: ⁊ inuiſibiliũ inueſtigationes. Ad tertiũ aũt ſpectant ſpiritaliũ operum ⁊ diuinorũ comp̄henſiones ⁊ cõtemplationes.

## De ſenſu intellectuali: quo ſolo poſſunt inuiſibilia videri. Ca. IX

Intelligẽtie ſiquidẽ oculus eſt ſenſus ille quo inuiſibilia videmꝰ: non ſicut oculo ratõnis quo occulta ꝛ obſcura inueſtigatiõe querimꝰ ꝛ inuenimꝰ: ſicut ſepe cauſas ꝑ effectꝰ: vł effectꝰ ꝑ cauſas: ꝛ alia atqꝫ alia quocũqꝫ mõ rõcinãdo cõpꝛehendimꝰ: ſꝫ ſicut coꝛꝑalia coꝛpoꝛeo ſenſu videre ſolemus viſibiliter: ꝑ̃ſentialiť atqꝫ coꝛpoꝛaliť: ſic vtiqꝫ ĩtellectuał ille ſenſus ĩuiſibilia capit inuiſibiliter quidẽ ſꝫ ꝑ̃ſentialiť ſꝫ eſſentialiť. Sed habet ſane hic oculus intellectualis añ ſe velũ magnũ oppanſũ ex delectatiõe peccati fuſcatum: et tot deſiderioꝝ carnaliũ multiplicitate contextũ: ꝙ cõtemplantis intuitũ a diuinoꝛũ ſecretoꝛũ arcanis arceat: niſi quãtũ diuina dignatio quẽlibet pꝛo ſua alioꝛũ ve vtilitate admiſerit. Teſtať hꝫ ꝓpħa qui dño ꝓclamabat: Reuela oculos meos. Pꝛofecto velatos oculos ſe hĩe pꝛobat: q̇ eos a dño reuelari poſtulat. Videt tñ aĩa iſto oculo q̃ citra velũ ſunt: hoc eſt inuiſibilia ſua: ea videlicet que in ipſa ſunt: nõ tñ oĩa: qꝛ nõ oĩa citra velũ ſũt: eo quidem oculo q̇ ſua quedã: videlicꝫ ſeip̃am: id eſt aĩe ipiꝰ eſſentiã videre nõ valet. Sꝫ dubitari põt vtrũ nam eodẽ hoc intelligẽtie oculo vi-

ſuri ſimus ea q̄ vltra velū eſſe ſignificam⁹: an alius ſenſus ſit q̄ vtamur ad vidēda īuiſibilia nr̄a: ⁊ ali⁹ ſenſus ſit q̄ vtamur ad videnda inuiſibilia diuina. Sed q̄ aliū ſenſum intuitum ſupiorꝫ: ⁊ aliū intuitū inferiorū eſſe cōtendūt: videāt vn̄ hoc ꝓbare poſſint. Hinc tn̄ eē credo ꝙ hui⁹ vocabuli: h̄ eſt intelligētie ſignificationē totiēs cōfundūt. Naꝫ nūc circa ſupiorē tm̄: nūc ſolū circa inferiorē ſpeculationē eius ſignificationē reſtringūt: nūc vtrūqꝫ ſenſū ſb vni⁹ hui⁹ vocabuli ſignificatōe cōprehēdūt. Uerūtn̄ hūc geminū ſupiorꝫ ⁊ inferiorꝫ intuitū: ſiue dicam⁹ geminū q̄ſi in vno capite ſenſum: ſiue duplex tn̄ eiuſdē ſenſus inſtrumētū: ſiue eiuſdē inſtrumenti geminū effectū: q̄cq̄d horꝫ velimus eligere: nihil tn̄ impedit dicere vtrūqꝫ eorꝫ ad intellectuale celū ptinere. Cur eteni h̄ etiā celū duo lumīaria magna non dicat̄ hr̄e ſicut ⁊ de ceterꝭ oportet credere: vt i h̄ ſupmo celo ſpeculatio ſblimior atqꝫ ſubtilior ſit lumiare mai⁹: ⁊ ſpeculatio inferior ⁊ obſcurior ſit lumiare minus:

## De intellectuali ſpeculatōne eiuſqꝫ ſupeminentia. Capi. X.

b Abet aūt h̄ vltimū ⁊ ſūmū celū diem ſuā: habet nimirū ⁊ noctē ſuā. Et ſi h̄

celũ attendim⁹ q̃diu in hac vita ſumus: quid aliud q̃ noctẽ habem⁹? Nihil aliud hr̃e poſſum⁹ donec nox ĩ ſuo curſu iter ſuũ pegerit: ⁊ aurora lucis rutilãs: noctis tenebras deterſerit. Verũtñ hec nox ſicut dies illumĩabit: eo φ quilibet inferioꝝ celoꝝ dies ab hui⁹ noctis ſupet claritate. Siquidẽ fecit deus lunã ⁊ ſtellas in poteſtatẽ noctis: ⁊ idcirco hec nox illuminatio mea in delitijs meis. Habet em̃ lunã ſuã lumĩare illud minus qd̕ ſupius aſſignauimus: Habet ⁊ ſtellas expandentes lumen ſuum: multiformes vtiq̃ modos diuinaꝝ reuelationũ. Sʒ q̇ dormiũt: nocte quidẽ dormiũt nec poſſũt videre celi hui⁹ lumĩaria: nec corã dño pſallere cũ ꝓpħa: Qm̃ videbo celos tuos opa digitoꝝ tuoꝝ: lunã ⁊ ſtellas q̃ tu fundaſti. Sic̃ nec illd̕: Media nocte ſurgebã ad ꝯfitendum tibi. Quid dicam d̕ hmõi homĩe: eo φ fruſtra expectet diẽ ⁊ nõ videat nec lucẽ ſurgẽtis aurore? Profecto q̇ eiuſmodi ſũt ſicut cera q̃ fluit auferent: ſupcecidit ignis ⁊ nõ viderũt ſolem. Felices q̇ fiducialiter de hui⁹ diei mane pſallere audẽt: Mane aſtabo tibi ⁊ videbo: qm̃ nõ deus volẽs iniquitatẽ tu es. Puto hui⁹ diei meridiẽ ſignificaſſe: q̃ dilecto ſuo dicebat: Indica m̃ queʒ diligit aĩa mea: vbi paſcas: vbi cubas ĩ meridie? Puto hui⁹

diei mane ſignificare voluiſſe: eiuſq3 deſide/
rio diu eſtuaſſe q̇ dicebat: Sperabã vſq3 ad
mane. Quis ex nobis oĩb9 exultauit vt vide
ret diem iſtum: vidit ꝛ gauiſus eſt: Profecto
magn9 ẽ q̇cũq3 ille ẽ. Neminẽ tñ credo ad h9
diei meridiẽ in hac dũtaxat carne corruptibi
li poſſe ꝑtingere: q̃uis nõ audeam negare de
mane. Profecto q̇ſq3 noſtrũ ad hui9 diei cla/
ritatẽ potuerit ꝑuenire: dũ ortus fuerit ſol de
celo: videbit ſnĩe illius veritatẽ: quã abſq3 du
bio dicit ſapĩa: Dulce lumẽ ꝛ delectabile ocu
lis videre ſolẽ. Sol hui9 diei ortũ habet: ſed
neſcit occaſũ: ſic ꝛ ip̄e dies caret veſꝑa: q̃uis
incipiat ab aurora. Nõ nouit illud celũ celoꝝ
niſi vnũ diem tm̃. Sed melior eſt dies vna in
atrijs eius ſuꝑ milia dieꝝ inferioꝝ celoꝝ. Nã
ſcd̃m ꝑfecto celũ habet dies multos ꝛ noctes
etiã innumeras: ſm̃ q̇ ſol ei9 orit̃ ꝛ occidit: et
ad locũ ſuũ reuertit̃. Sic ꝛ p̄mũ celũ accepit
lunã in tp̄e: ꝛ ſol cognouit occaſum ſuũ. Sed
ſũmi celi: ſol ꝛ luna ſteterũt ĩ habitaculo ſuo.
Cũ em̃ celi hui9 lumĩaria ad ſũmũ ꝑuenerint
figũt curſũ ſuũ: nec de cetero vnq̃3 declinãt ad
occaſũ. Si oĩno ꝛ abſq3 dubio regnũ celorũ
intra nos ẽ: ſi ĩ nobiſip̄is illd̃ inueniri pōt: vbi
q̄ſo q̃3 in h̄ celorũ ſũmo recti9 querit̃: c iti9 in/
uenit̃: ꝛ tutius poſſidet̃: Puto q̇ oĩs regni

illi⁹ regiões abundāt auro: eo ꝙ ſi'e ſit regnū celoꝝ theſauro abſcōdito in agro. Nā ſi ſcie auruȝ: ſi ſapie theſaurū q̄ris ⁊ diligis: vbi q̄ſo abūdantiorē copiā q̄ȝ in h̄ celoꝝ ſūmo inuenire poteris? Ubi obſecro ſumme ſapie claritas poterit tibi melius eluceſcere: q̄ȝ in expſſa illi⁹ imagine: q̄ȝ in excellētiſſimo eius ope: aīe videlicȝ creatōe: repatōe atq̄ȝ glificatiōe? Ex hac ſane ſpecula: quaſi e vicino valet et ſolet videri q̄lis ſit illa ſublimitas ſpūs angelici: et q̄ ſit illa ſupeminēs magnitudo ſpūs diuini. Nuſq̄ȝ locoꝝ apparet veri⁹: certi⁹ atq̄ȝ limpidius: q̄ȝ e ſublimi ſolij huius faſtigio: q̄ ſit illa ſupnoꝝ ciuiū ſūma et ſempiterna beatitudo. Nuſq̄ȝ q̄ȝ ex h̄ excellētiſſimo celoꝝ ſpūs ille q̄ ſcrutat̄ oīa etiā pfunda dei: ſereni⁹ ꝯtemplat̄ īuiſibilia illa dei: q̄ p ea q̄ facta ſūt ītellecta cōſpiciunt̄. Nuſq̄ȝ in omī ei⁹ ope q̄ȝ in aīe creatiōe: repatiōe ⁊ glificatiōe apparet ei⁹ vl' potētia ſublimior: vel ſapiētia mirabilior: vl' miſericordia iocūdior. Certe vides vt arbitror vnō tibi illa tanta auri copia: quā tibi ſupius pmiſi: quō videlicet ex multa cōſideratiōe ⁊ agnitiōe ſpūs tui ſbleueris ad agnitionē ⁊ cōtemplationē ſpūs angelici: ⁊ ſpūs diuini.

## De triplici diſtinctiōe quarte ſpeculationis. Capitulū. XI.

ſ Ed q̄z iā p̄ expoſitionē tetigim⁹ vnd̄ in tale ac tm̄ opus auro abūdemus: videam⁹ q̄d dn̄s de ꝓpitiatorij noſtri lōgitudine vel latitudine p̄cipiat: vl̄ cur de ei⁹ altitudine oīno taceat. Si rerū naturā cōſuli mus in ip̄is ꝑfecto corpib⁹ diſcere poterim⁹ quō pedē inueſtigatiōis in ſpiritales theori/ as ponere debeamus. Videm⁹ ſane in rebus exteriorib⁹ ꝙ oīs corpea craſſitudo a longitu dine incipit: ex latitudine creſcit: ⁊ in altitudi/ nē deſinit. Longitudo itaq̄ꝫ ꝓpitiatorij ni fal/ lor deſignat ea q̄ in ſpūali natura ſunt ad in/ choationē. Latitudo vͦo illa ſignat q̄ ſunt ad ꝓmotionē. Altitudo aūt illa ſignat q̄ ſunt ad ↄſūmatōꝫ. Scd̄m hec itaq̄ꝫ tria q̄ dixim⁹: tri/ plicē in ſpūalib⁹ eſſentijs diuinoꝝ donoꝝ di/ ſtinctōeꝫ facim⁹: P̄rīo ſpirital̄ creatura creat̄ vt ſit. Scd̄o iuſtificat̄ vt bona ſit. Tertio gl̄i/ ficat̄ vt beata ſit. Per creatiōꝫ itaq̄ꝫ ad bonū initiat̄: Per iuſtificationē in bono dilatatur: Per glorificationē vͦo in bono ↄſūmat̄. Bo/ na creatiōis ſūt ad inchoationē. Bona iuſti/ ficatiōis ad ꝓmotionē. Bona aūt gl̄ificatio/ nis ſūt ad ↄſūmationē. P̄rīa bona ſūt creati/ onis dona: Scd̄a bona ſūt creatoris dona et creature merita. Tertia bona ſunt creatoris dona ⁊ creature p̄mia: ſcꝫ ↄſūmatio bonoꝝ ⁊

retributio meritoꝝ. Prima itaqꝫ bona ꝑtinēt ad longitudinē: Scđa ad latitudinē: Ultima vero ad altitudinē. Nā in pmis bonis vt dictū eſt: rōnalis creatura ad futurā plenitudinis ꝑfectionē initiat: Ex ſecūdis bonis ꝓficit ⁊ creſcit atqꝫ dilatatur. In vltimis aūt bonis ſublimat ad gloriā: ⁊ in gloria ꝯſummat.

## De ſubdiſtinctiōe primi gradus huius cōtemplatiōis. Ca. XII.

Videam⁹ ꝙ pmo de ꝓpitiatorij noſtri lōgitudine: quā iubemur in duos cubitos ⁊ dimidium extēdere. Quotiens itaqꝫ creatiōis nr̄e bona illa ſpiritalia que ſupius aſſignauim⁹: corde verſam⁹: diligēter inueſtigam⁹: cōuenieēter diſtinguim⁹: ſufficiēter diſcutimus: totiēs ꝓpitiatorij nr̄i opus in longitudinē ꝑducim⁹: ⁊ ad certā mēſurā extēdim⁹. In hac itaqꝫ fabricādi ꝓpitiatorij ꝑductione: triplex nobis occurrit diuinaꝝ donationū diſtinctio: circa q̄s ſolū vl' maxīe verſari debet nr̄e ꝯſideratiōis frequēs diligēſqꝫ retractatio. Ex ipa creatiōis ſue cōditiōe naturale eſt oīm rōnali creature: eſſe: ſcire ⁊ velle. Cogita itaqꝫ ꝙ̄ neceſſariū: ꝙ̄ iuſtū ⁊ diuine bonitati ꝙ̄ cōgruū: tā digne creature: tā excellēti nature: boni ac mali diſcretionē dare: ſimul ⁊ arbitrij ꝓprij libertatē cōcedere: vt eſſet bo-

num eius tam acceptũ: q̃ voluntariũ: tã gratum q̃ gratuitũ. Quotiẽs in hmõi diſcuſſiõe desudas: tũc in ꝓpitiatorij tui ꝓductiõe laboras. Scrutare: cõtemplare: mirare arbitrij libertatẽ: iudicij diſcretionẽ: eſſentie ſublimitatem: ꝛ ꝓpitiatoriũ tuũ cũ hoc facis ſm cõgruentiã ordinis ꝛ modũ quãtitatis in longũ ꝓducis. Miror ſi ꝑ teipm nõ aduertis q̃ ſit vtilis: q̃ ve neceſſaria hoꝝ omniũ aſſidua conſideratio. Ex hoc eñ mens tua quotidie illuminatᷓ: inflãmatᷓ ꝛ ſolidatᷓ in omni bono.

## Quõ in primo cõtemplatiõis gradu mens exercere ſe debeat: vel quãtũ hmõi exercitatio valeat. Ca. XIII.

c Ogita ğ frequẽter: cõſidera vehemẽter: inueſtiga diligẽter voluntatẽ non ſolũ tuã: ſed alienã ſeu bonam ſeu malã. Cognoſce tuã: vt ſcias quid corrigere ſeu etiã vnde debeas deo gratias agere. Cogita etiam animos ꝑfectoꝝ: nec non ꝛ ꝑuerſoꝝ: et aĩos ſpirituũ bonoꝝ: ꝛ ſpirituũ malignoꝝ: vt ex contrarioꝝ conſideratione eluceſcat quid imitari vel vitare te expediat. Attende quid ſcias: attende quantũ neſcias: Agnoſce quãtum emineas per ingeniuꝫ ſpiritibus brutis: Agnoſce quãtũ ſubiaceas ꝑ itellectũ ſpiritibꝰ

angelicis. Si attēdas quātum p̄cedas ſenſu ſpm̄ brutū cātabis p̄cordialiť: Bñdicā dñm q̄ mihi tribuit intellectū. Si cogites intelligē tiā angelicā clamabis ꝓfecto: De⁹ tu ſcis inſipiētiā meā: Diſcutere ḡ ignorātiā meā vtile valde ꝛ pnecessariū mihi ē vt ſciā q̄d deſit m̄: ꝛ cū beato iob dicere poſſiꝫ: Si q̄d ignoraui: ignorātia mea mecū eſt. Sed q̄tiēs in memet ipſo attendo quō vel q̄ꝫ ſepe incerta ꝛ occulta ſapiē ſue manifeſtauit mihi: ꝓfecto magnificat aīa mea dñm: q̄ erudit nos ſup ſcientiaꝫ volucꝝ ꝛ iumētoꝝ: eo ꝙ ip̄e ſit q̄ illumīat omnē hoīem veniētē in hūc mūdū. Uides certe quāta ſit vtilitas h⁹ gemīe ꝯſideratiōis attēdere: videlicꝫ affectū rōnalis volūtat̄: ſeu etiā ſenſū rōnis. Sed de tertia aſſignataꝝ ꝯſiderationū q̄d dicā: in q̄ admirādo ꝯtēplamur: ꝛ cō tēplando miram̄ aīe eſſentiā: eſſentie naturā: nature excellētiā: Facile vt arbitror pōt vnū quēq ꝓp̄a expientia docere quātū valeat h̄ ſpeculatio animū vl ꝯ vitiū erigere: vl ad bonū animare. Cog̊ſce hō q̄ſo dignitatē tuā: cogita excellentē illā aīe tue naturā: quō fecerit eā deus ad imaginē ꝛ ſil̄itudinē ſuaꝫ: quō ſublimauerit eam ſup omnē creaturā corporeā: ꝛ ꝯſtati mirari icipies: quō inclyta v̄go filia ſyon ꝓiecta ſit de celo in terrā: ꝛ p̄iter cū ꝓp̄a dño

clamare īcipies: Quid m̄ ē ī celo: ꝛ a te q̄d vo
lui ſup terrā: Quid mirū q̄ſo ſi in recordatiōe
ꝯditiōis mee: ſi ad aſpectū anime mee ſbito ꝛ
abſq̧ mora cōfuſio faciei mee cooperuit me:
Quē em̄ nō pudeat ciuē celi: dominā mundi:
dilectā dei addixiſſe ſeruituti corpis: ꝓſtitu
iſſe ſpiritibus īmundis: diu tenuiſſe ſub iugo
ſeruitut̄ ad faciendā carnis curā ī deſiderijs:
Mirabit̄ ſane quiſq̧ cū aīe ſue dignitatē co
gitauerit: cū bn̄ attēderit q̄d ſit: vel eſſe debu
erit: vn̄ vel quo ꝓiecta ſit. Mirabit̄ inq̧ quō
facta ſit q̄ſi vidua dn̄a gentiū: p̄nceps ꝓuinci
arū facta ſit ſub tributo. Ad hanc vt arbitror
cōſiderationē reuocare nos voluit qui dixit:
Quid eſt iſrl̄ q̄ in terra inimicoꝝ es: inuetera
ſti in terra aliena: coinq̄natus es cū mortuis:
deputatus cū his qui in inferno ſunt. In hac
itaq̧ triplici cōſideratiōe debem⁹ vt iam dixi
mus ꝓpitiatorij noſtri longitudinē ꝯſūmare.

## Deſignatio eoꝝ que in hoc ſpeculationis gradu comprehēdi nō poſſunt. Capitulū. XIIII.

Sed in p̄ma ꝛ ſecūda ꝯſideratiōe ſcientiā tuā vſq̧ ad cubitū extendere poteris: nā in tertia oīno nō poter̄. Ubi em̄ ad id q̄d ſciri oportet inſtrumētū idoneū habes

ibi ꝓculdubio q̃ſi vice certitudinis cubitum tenes: eo ꝙ cognoſcẽdo rei noticiã ꝑ expimentũ capere valeas. Quaſi em̃ ad plenũ cubitũ ſciẽtia tua excreſcit: cũ ad certitudinis firmitatẽ ꝑ expimentũ attingit. Sed quẽ queſo nõ doceat ꝓpria expientia: quid ſit velle: vł quid ſit ſcire? Nõne legit hoc vnuſquiſ quotiẽs voluerit in ꝓprio corde? Nũquid nã ignoras ꝙ infinita velis: ꝛ ꝙ infinita nolis: ꝙ innumeres ſcias: ꝛ ꝙ innumera neſcias? Sed nũquid quõ vides volũtatẽ tuã: quõ noſti cogitationẽ tuã: potes eque videre vel noſcere aĩe tue ſubſtantiã? Quis in in hac adhuc carne poſitus animã ſuã vel quãlibet ſpiritalẽ ſubſtãtiam: in ſua puritate vidit vel videre potuit? Proculdubio in hac ꝑte hũanus intellectus cecꝰ eſt a natiuitate: ꝛ neceſſe hꝫ q̃tidie clamare dño: Illumina oculos meos. Profecto ſi quis que hmõi ſunt in hac corruptibili carne videre potuit ꝑ mẽtis exceſſum: ſupra ſemetipm fuit ductꝰ: ꝛ in eo qđ vidit: intellectꝰ humani corpis metas: nõ ꝓpria induſtria: ſed ex reuelatione diuina trãſcendit. Sed quicq̃d ĩ hunc modũ hũana expientia potuit attingere: cõſtat nimirũ illud nõ ad hoc: ſed ad aliud cõtemplatiõis genꝰ ꝑtinere. Quãtũcun ꝗ̃ in hac cõſideratõne ingeniũ tuũ exercueris:

quātūcūqꝫ ſtudiū tuū cōtinuaueris: ⁊ quātū cūqꝫ in hac pte ſenſū tuū dilataueris: ſcientiā tuā ad plenū cubitū extēdere nō poteris.

## Qꝫ nec illa negligere debem⁹ que nō niſi ex pte cōpꝛehēdim⁹. Ca.XV.

m Ulta tñ ſunt minimeqꝫ ſpernēda que de ſpiritalis eſſentie poſſum⁹ ꝓꝛieta te: vel ex diuinaꝝ ſcripturaꝝ auctoꝛi tate colligere: vel religionis atteſtatiōe ꝓba re. Studeam⁹ ergo ſcire quō vl' quātūcūqꝫ poſ ſum⁹: q̄uis ad expientie cubitū nos extēdere nō poſſim⁹: Modicū quidē ſed multū eſt qd̊ in hac cōſideratiōe ſciri pōt. Modicū ſane ē ad plenitudinē: ſ multū p omnē modū eſt ad vtilitatē. Noli ergo negligere qd̊ potes de h cu bito hr̄e: q̄uis ipſum minime poſſis explere. Ut em̄ de ceteris taceam q̄ ptinere videnť ad ſpeculationē iſtā: quātū putas detrimentū in curris: ſi aīe imoꝛtalitatē neſcis: vel oīno non credis? Si em̄ de aīe imoꝛtalitate nō conſtet: qs q̄ſo ad futurā retributionē ꝓperat? Quis obſecro vitam ſuam reſtringat: ne poſt cōcu piſcentias ſuas eat? Et quis de ppetratis ma lis deo ſatiſfaciat? Quis ſe ad foꝛtia opa ac cingat? Quis inter tot dñoꝛū maloꝛū flagel la: taz acerbam patientiā habeat: ſi de futura

vita penitus diffidat? Totũ q̇d de redẽptio/
ne humani generis aſſerit̄: totũ q̇d de diuinis
ſacramẽtis credit̄: quicquid de diuinis inſtitu
ti oĩbus p̃cipit̄: quicq̇d de diuinis ꝓmiſſioni/
bus expectat̄: penitus deſtruitur ſi de aĩe per
petuitate ꝛ imortalitate deſpat̄. Si in hac vi/
ta tm̃ i xp̄o ſperãtes ſum⁹: miſerabiliores oĩ/
bus homib⁹ ſumus. Ecce reliquim⁹ oĩa ꝛ ſe/
cuti ſumus ip̃m: quid ergo erit nobis? Si om
nino mortui nõ reſurgunt: vt q̇d ꝓpter ipſum
mortificamur tota die? Si nulla ab ip̃o ſpan/
da eſt corona iuſticie: ꝛ ſi oĩno vn⁹ eſt interi/
gnat ⁊ impoſſibilia iudicat? Qñ corpus ſuū xp̄s diſcipulis ſuis diſtribuebat: nūqd ſeip̄m manibꝰ ſuis portabat? Nunqd ip̄e idē erat q̄ portabat ⁊ portabať? Idē ip̄e erat q̄ dabat et qui dabať? Qñ a diſciplis ſumebať: dentibꝰ terebať: nūquid ledebať? An forte in eo ꝙ dabať impaſſibilis erat: ſicut ⁊ inuiſibilis erat: q̄ꝗuis ſm id ꝙ dabat ſicut viſibilis ſic ⁊ paſſibilis erat? Nūquid ergo vnum idēq; corpus vno eodēq; tp̄e erat viſibile ⁊ inuiſibile: paſſibile ⁊ impaſſibile: cū tñ hoc ſit incōprehēſibile: ⁊ videať eſſe īpoſſibile? Uide quō in multꝭ locis idez corpus xp̄i quotidie cōſecrať ⁊ habeť: nūquid ḡ ꝑ ptes diuidiť vt in tā multꝭ locis habeať? Quō ḡ ip̄m xp̄i corpus vere erit impaſſibile ⁊ īcorruptibile? An forte vere cū ſit ꝑ tot loca diſperſū vbiq; erit integrū: incorruptū ⁊ oīno indiuiſum? Si ḡ attendas in q̄ꝫ multis locis ꝑ eandē ſanctificatiōis virtutem eſſe poſſit: quo te tūc q̄ſo ducet tua cogitatio: niſi vt vnū idēq; corpꝰ videať tibi ī infinitis locis eſſe poſſe: ⁊ hoc ſub vno tp̄e? Sz vide id ip̄m q̄ꝫ ſit nō ſolū ꝯ ꝓprietatē corpoꝝ: veꝝ etiā ſuꝑ oīm ꝓprietatē ſpirituū. Si igiť tā incōprehēſibilia ſunt: ⁊ tā incredibilia eſſe videanť q̄ de corpe xp̄i veraciter creduntť: quātomagis illa que circa animā xp̄i cōſideranť omnē hu-

manã rõnem longe excellẽtius ſupgrediunt. Incõpabiliter tñ ſublimiora ſũt q̃ cõſideran/da occurrũt circa pſonaꝝ trinitatẽ. Hmõi ita  oĩa q̃ vident hũane rõcinatiõis anguſtias nõ ſolũ excedere: ſ etiã infatuare: recte q̃dem dicunt ad ſecũdũ cherubin ptinere. Recte ita  dictũ eſt: q maxĩe q̃ cõſiderant circa diui/ne ſube vnitatez ptinent ad cherubin primũ. Que vo ꝯſiderant circa pſonaꝝ trinitatẽ: ma/xime ſpectãt ad cherubin ſecundũ. Ad quĩtũ ita genus cõtemplatiõis ptinet ꝯſideratio prior. Ad ſextum vo  vltimũ pertinet cõſi/deratio poſterior.

## De mutua collatione triũ nouiſſi/marũ ſpeculationũ. Ca. XIX.

Hoc aũt de hac gemĩa ꝯſideratiõe de q̃nto videlicz  ſexto ꝯtẽplatõnis ge/nere caute ẽ obſeruãdũ  diligẽti ob/ſeruatiõe pcauendũ: vt ſic aſſeram ea q̃ pti/nent ad vnũ: vt nõ deſtruam illa q̃ ptinẽt ad alterũ. Sic ĩ ſummis illis  diuinis aſtruam ſube vnitatẽ: vt nõ deſtruamus pſonaꝝ trini/tatem: Et ſic confirmemus pſonarum trini/tatem: vt non diſſipemus ſubſtantie vnitatẽ. Debent ita dicti cherubin ſeipſos mutuo

reſpicere: nec intelligentie ſue conſideratione̅ a mutuo concordie conſenſu ſpeculatio̅is ſue oculos in ꝯtraria diuertere. Qm̄ multi in eo ꝙ de ſumme diuinitatis vnitate ſentiunt: veraꝫ trinitatis fidem euacuare contendu̅t. Et item ꝗꝫ mlti ī eo qd̄ de trinitate aſſeru̅t: diuine eſſe̅tie vnitatem diſſipare volunt. Arrius dicit: Aliud eſt pater: aliud eſt filius: aliud eſt ſpūſ ſanctus. Recte quidem diceret: ſi alius diceret: nō aliud. Is vtiqꝫ in eo qd̄ dicit diuinitatis vnitatem diſſoluit: Sabellius dicit: Ideꝫ deus qn̄ vult pater eſt: quando vult filius eſt: qua̅do vult ſpiritusſanctus eſt: ipſe tame̅ vnꝰ eſt. Iſte aute̅ in eo qd̄ loquit̄: vere trinitatꝭ fidem euacuare conatur. In huius ſane cherubin noſtri alterutro aſpectu faciem auertu̅t: qꝛ ꝯtraria aſſertio̅e mltis diuerſis ⁊ ſibiipſis oppoſitis intendunt ⁊ acquieſcu̅t. Scd̄m primum cherub dicimus: quia vnus ⁊ ſolus deus eſt: qui cuncta ex nihilo creauit. Iuxta ſecundum cherub affirmamus: quia alius eſt qui genuit: ⁊ alius ē queꝫ genuit: ⁊ alius eſt q̄ ab vtroqꝫ ꝓcedit. Sꝫ cherubin iſti duo reſpiciant ſe mutuo: et dicamus: qꝛ vnus ideṁqꝫ deus eſt ſubſtantialiter vnꝰ: perſonaliter trinꝰ. Dicimus ſm̄ primum cherub: qꝛ pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpiritusſanctus vnuꝫ ſunt: in ſubſta̅tia vna:

ín eſſentia vna: ī natura vna. Dicimus etiam̄
iuxta cherub ſecūdū: qꝛ alius eſt pr̄ in ꝑſona:
ali⁹ ē fili⁹ in ꝑſona: ⁊ ali⁹ ē ſpūſſanct⁹ ī ꝑſona.
Reſpiciant ſe iſti cherubin mutuo ⁊ ꝓfiteam̄
abſqꝫ dubio: qꝛ nō ſunt aliud ⁊ aliud pr̄ ⁊ fili⁹
⁊ ſpūſſanct⁹: q̄uis veracit̄ ſint ali⁹ ⁊ ali⁹. Ali⁹
nāqꝫ eſt pr̄: ali⁹ fili⁹: ⁊ ali⁹ ſpūſſāct⁹ iuxta che-
rub ſecūdū: nec tñ aliud ē pr̄: aliud fili⁹: aliud
ſpūſſanct⁹ iuxta cherub ꝑmū: cū ſ͡m mutuū
reſpectū affirmem⁹ veraciter: qꝛ pr̄ ⁊ filius et
ſpūſſanct⁹ nō tres dij ſūt: ſꝫ vn⁹ ē deus. Iuxta
ſecūdū cherubin ꝓfitemur: qꝛ filij ſub̄a noſtre
ſub̄e in vnā ꝑſonā vnita ē. Iuxta cherubin ꝑ-
mū indubitāter affirmam⁹: qꝛ pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſcti ſub̄a vna ⁊ īdiuidua ē: Verūtñ iuxta
mutuū reſpectū ꝓfitemur: qꝛ ſol⁹ fili⁹ veracit̄
incarnatus eſt. Cherub itaqꝫ cherub reſpicit:
qñ qđ vn⁹ dicit ali⁹ nō ꝯdicit. Cherubin che-
rubin reſpicit: qñ q̄ntū ꝯtēplatiōis gen⁹ illa q̄
ſue ꝯſideratiōis ſūt ſic aſſerit vt tñ q̄ alterius
ſunt oīno euacuare nolit. Cherubin ſe mutuo
reſpiciūt: qñ nouiſſima duo cōtēplationū ge-
nera inuicē ſibi occurrūt: ⁊ mutua ſibi ꝑitat̄
cōcordia alludūt. Itē vn⁹ cherub aliū reſpi-
cit: qñ qđ fieri cōſueuit nr̄a ſpeculatio a penul
timo genere incipit: ⁊ in nouiſſimū deſinit: vl̄
ecōtrario ab vltīo incipit: ⁊ ī penl̄timo deſinit

## De mutua collatiõe duaꝝ nouiſſimarũ ſpeculationũ. Ca. XX.

d Ebent aũt hi duo cherubi nõ ſolũ ſe inuicẽ reſpicere: verũetiã in ipõ reſpectu alterutro vultũ in ꝓpitiatoriũ vertere. Vultũ ſuũ cherubin deſignati in ꝓpitiatoriũ vertũt: qñ nouiſſima duo cõtemplationum genera in eo ꝙ de ſublimibus ⁊ diuinis cõcorditer ſentiũt: ab illis q̃ quarto ꝯtẽplationis generi ſubiacent in aſſertiõis ſue teſtimoniũ rõnis ſiſitudinẽ trahũt. Quartũ ſiquidez ꝯtemplatiõis genꝰ intelligimꝰ ꝑ ꝓpitiatoriũ: ſicut ⁊ in duobꝰ cherubin intelligimꝰ quintũ ⁊ ſextũ. Sic aũt iã ſuplꝰ dictũ eſt: quartũ cõtemplatiõis genꝰ verſať in illis maxĩe q̃ cõſiderari ſolẽt circa ſpm̃ rõnalẽ ſed creatũ: quintũ vͦo ⁊ ſextũ verſanť ĩ illis p̃cipue q̃ cõſiderari oportet circa ſpm̃ diuinũ ⁊ increatũ. Quia igiť rationalẽ creaturã ad creatoris imaginez agnouimus factã: recte ab illa natura ſiſitudinis rõnť familiarius querimus modũq; inueſtigatiõis nr̃e formamꝰ: ab illa inq̃ natura in cuiꝰ cõditiõe diuine imaginis veſtigia vehemẽtius imp̃ſſa ⁊ euidẽtius exp̃ſſa nõ dubitamꝰ. Quid itaq; aliud ẽ cherubin vultꝰ ſuos ĩ ꝓpitiatoriũ ꝯtere: q̃ꝫ in diuinaꝝ rerũ ſpecula-

tione ⁊ inueſtigatiōe rōnalē creaturā attēde-
re: ⁊ inſpecta ſil'itudine ad diuinitatis intelli-
gentiā alti⁹ ꝓficere: Si miraris quō ille oīm
opifex deus tot ⁊ tā varias rerū ſpēs ꝓut vo-
luit in ip̄o mūdi exordio ex nihilo in actū ꝓ-
duxit: cogita ꝙ ſit hūane aīe facile omi hora
q̄ſlibet rerū figuras ꝑ imaginationē fingere:
⁊ q̄ſdam quaſi ſui generis creaturas quotiēs
voluerit ſine p̄iacēti materia ⁊ velut ex nihilo
formare: ⁊ incipiet min⁹ eſſe mirabile qđ p̄us
videbat̄ fore impoſſibile: In quo inuenies et
illud valde notabile: ꝙ rex veritates q̄ ſūma
veritas eſt reſeruauit ſibi: rerū ꝟo imagines
qualibet hora formandas ſue conceſſit imagi
ni. Si miraris quō vnus idēq; deus poſſit eē
in oīb⁹ locis nō ꝑ ꝑtes diuiſus ſ3 vbiq; totus:
attende ꝙ vna ⁊ eadē aīa ſit ꝑ oīa corpis mē-
bra diffuſa: nec tñ ꝑ ꝑtes ipſa ſit diuiſa: ſed in
ſingulis tota ⁊ indiuidua. Quō ergo ſe habet
deus in mūdo quem regit: eode3 modo ſe ha-
bet anima ꝓ modulo ſuo in corpore ſuo: hoc
eſt in ſui iuris mūdo: quem ⁊ ipſa regendum
accepit. Si miraris quomō deus omnia que
in mūdo gerunt̄ abſq; vlla contradictiōe ſo-
lo voluntatis nutu ad omnem ſuum benepla-
citū inclinat: ꝯſidera q3 ⁊ aīa quecūq; corpis

ſui mēbra ꝑ ſolo volūtatꝭ ſue arbitrio mouet: moderatꝰ ⁊ ordīat. Un⁹ itaqꝫ vtrobiqꝫ q̄ꝫtū ad ſiſ̄itudinē agēdi mod⁹: q̄ꝫuis ineq̄litatꝭ cōpatiōe diuerſus. In his omib⁹ ꝑmus cherub in ꝓpitiatoriū intendit: dū ex rōnali creatura ad creatoris ꝯtēplatiōꝫ ſiſ̄itudinis rōneꝫ trahit. In hac ip̄a rōnali creatura ſi diligēter attēdim⁹: aliq̄d vt credim⁹ ſūme trinitatis veſtigiū inuenim⁹. Eſt em̄ ibi aliq̄d ex mente ip̄a: h̄ eſt ei⁹ ſapīa: ⁊ eſt ibi aliq̄d tā de mēte ip̄a q̄ꝫ de ei⁹ ſapīa: ſcꝫ dilectio ſua. Oīs em̄ mens ſapiētiā ſuā diligit: ⁊ idcirco ſapīe ſue amor ex vtraqꝫ ꝑte ꝓcedit. Eſt ḡ ſapīa a mēte ſola: amor ꝟo ex mēte ꝑiter ⁊ ſapīa: ſic fili⁹ q̄ eſt p̄ris ſapīa ē a p̄re ſolo: ſpūs aūt ſanct⁹ q̄ eſt vtriuſqꝫ amor a p̄re ⁊ filio eſt. In hūc modū ſecūd⁹ cherub inuenit quō in ꝓpitiatoriū cōſiderationis ſue vultū vtiliꝰ ꝟtere poſſit: ſi in diuinaꝝ reꝝ ſpeculatiōe ſiſ̄itudinis atteſtationē q̄rit. Notandū ſane ꝙ illa tria que in rōnali aīa ꝯſiderāda occurrūt: ꝑſonaꝝ trinitatē non faciūt: queadmodū illa tria in deo ƀm differentiā ꝓprietatū tres ꝑſonas diuidūt. Uide ḡ q꞉ in his q̄ ꝑ ſiſ̄itudinē adducta ſūt ī rōnali aīa ad illā ſummā trinitatē maior ē diſſiſ̄itudo q̄ꝫ ſiſ̄itudo. Nec mirū tñ q꞉ ſecūdus cherub diſſiſ̄itudinis lat⁹ in ꝓpitiatorio noſtro vicinius tangit. Latus

autē ſilitudinis q̄ſi e longinquo reſpicit. Si tibi mirum ſit: quomō ſolus filius patris videlicet ſapiētia incarnat⁹ ſit: quō in carne ad nos venit: ⁊ tamē a patre nō receſſit: perpende ꝙ in imaginaria trinitate ſola mētis ſapiētia voci hūane incorporatur: ⁊ ꝑ vocē corporalem egreditur: egreſſa agnoſcit: agnita retinetur: ⁊ tamen ab illa de qua nata eſt mēte penitus nō ſeparatur. Multa ſūt eiuſmodi ī rationali mente ꝓpter q̄ ſecundus cherub debeat in ꝓpitiatoriū intendere. Ecce iam ꝑ expoſitionē tenem⁹: quō hi duo cherubī iuxta dominicū documentū ſe inuicem reſpicere debeant. Tenem⁹ nihilomin⁹ q̄ ratione vel vtilitate vultus ſuos in ꝓpitiatoriū vertere debeāt.

## Qꝫ frequētationē triū nouiſſimaꝝ ſpeculationū ſemꝑ comitetur frequētia diuinarū reuelationū. Ca.XXI.

Illud quoqꝫ nō eſt negligēdū: nec ſine diligenti cōſideratiōe ꝑtereundū: qꝺ dñica voce ꝑmittitur: cū ad moyſen dicit: Inde loquar ad te: ſuper ꝓpitiatorio videlicꝫ: ⁊ de medio duorū cherubin. Cogita q̄ꝫ magnū ſit vel q̄le oī hora cū op⁹ fuerit deū ꝯſulere: ⁊ ī q̄libꝫ neceſſitate cū oportuerit cōſiliū diuinū q̄rere ⁊ accipe: et tunc aduertere

poteris q̄ꜫ ſit neceſſariū vel vtile hos tres nouiſſimos ſpeculationū modos familiares habere. Inde inq̄t dn̄s loquar ad te: de quo q̄ſo loco vl' vnde? Deſup ꝓpitiatorio inquit: ⁊ de medio duoꝝ cherubin. Si vult ergo familiare habere diuinū oraculū: tūc aſcēdat homo ad cor altū: ⁊ mente trāſcendens illud ꝓpitiatoriū teneat duoꝝ illoꝝ cherubin mediū: vt ꝑ quartū cōtemplatiōis genus aſcēdat ad quītū ⁊ ad ſextuꝫ. Quaſi ſup̄ ꝓpitiatoriū eleuata mens in medio duoꝝ cherubin verſať: qn̄ cōtemplatiua aīa nō mō corꝑalē: verūetiā ſpiritalē creaturā ſublimi conſideratiōe tranſcendens: in ſūme vnitatis ⁊ trinitatis admiratōe ſuſpēdiť. Quaſi ꝑ deſuꝑ ꝓpitiatoriū erigimur in hmōi ſpecula admiratiōis: qn̄ ex ratōnalis creature inſpectione diuineqꜫ imaginis cōſideratiōe ad diuinitatis agnitionē altius promouemur. Quaſi inter ꝓpitiatorium ⁊ duos cherubin medij diſcurrimꝰ: qn̄ ex mutua triū nouiſſimarum ſpeculationū collatiōe ad ſingulaꝝ ꝓſpectionē pleniꝰ ꝓficimꝰ. Debemus itaqꜫ inter h̄ tria ſpeculationū genera libēter diſcurrere: ⁊ ꝑ ſūme trinitatꝭ ⁊ vnitatꝭ ſpeculū ⁊ imaginē: ad eiuſdē trinitatꝭ ⁊ vnitatꝭ glīā ſpeculādā ꝓfundiꝰ penetrare. Si illud qđ de rōnalis creature dignitate: ſi ⁊ illud quod de

creatoris dignatione vel claritate agnouim⁹
libēter retractam⁹: frequēter in cōſideratione̅
et admiratione̅ adducim⁹: merebimur et illa
circa eade̅ ſpectaculoꝝ genera ex diuina reue
latione agnoſcere q̄ antea nullatenus potui/
mus intelligere. Hoc eſt ergo qđ tibi ꝓmittit a
dn̄o cū dicit: Inde loquar ad te. Penſa ergo q̄
ſit vtile fidei nr̄e ſacramēta ſepe retractare: ⁊
in frequēti memoria habere: qn̄ quide̅ ex eiuſ/
modi ſtudio diuinarū reuelationū frequētiā
poterimus obtinere. Si igitur illa q̄ de diui/
narū pſonaꝝ trinitate ⁊ ſube diuine vnitate ī
deo credim⁹ p mētis exceſſum videre: ⁊ pura
pſpicuaq; intelligētia cape nequimus: nihilo/
min⁹ tn̄ ⁊ ea q̄ inde catholica traditōne acce/
pimus ac fide tenem⁹: ꝓut nobis poſſibile ē
in frequētem cōſideratione̅ adducam⁹: vt ex
huiuſmodi ſtudio diuinarum reuelationum
copiam ꝓmereri poſſimus. Puto ſiquidem
quia diuinarū reuelationū cōſolatio nō omi/
no peregrina erit eis qui diuinorū ſacramen/
torū arcana fidei oculo tam frequēter q̄ libē/
ter aſpiciunt: quātomagis illis maxime fami/
liaris erit: qui ea intelligentie oculo aſſidue
cōtemplando: ⁊ per mentis exceſſum ſepe vi/
dendo ſuo deſiderio ſatiſfacere non poſſunt.
Qui ergo moyſi officium gerit: qui curam

paſtoralē ſuſcepit: cui deniq; ex dñico p̄cepto incūbit pplm dñi de domo ſeruitutis educe-re: p loca ſolitudinis traducere: in terrā pro-miſſiōis ītroducere: neceſſe ē vtiq; int̄ p̄dicta illa tria ɔtēplationū genera libero volatu cir-cūferri: vt poſſit ſemp dign⁹ inueniri: q̄ digne debeat tā de ſua q̄ de ppl'i ignorātia q̄tiēs op⁹ fuerit ex dñi oraculo inſtrui: ⁊ ſup q̊libet incer to certificari. Si ḡ agnoſcere cupis ex inſpira tōne diuiā q̄ ſit volūtas dei bona bñplacens atq; pfecta: eſto ſemp pmptus ⁊ pnus ad no uiſſima illa tria ſpeculationū genera. Huius exercitij merito mereber̄ fortaſſis pmiſſiōis illi⁹ veritatē pbare: Inde loquar ad te.

## Q: in omni cōtemplatiōis genere cōtingat ɔtemplātis mentē excede-re. Capitulū. XXII.

Quāuis aūt familiare ſit ⁊ q̄ſi pprium videat̄ duob⁹ nouiſſimis ɔtēplatio-nū generib⁹ p mētis exceſſu; videre: ecōtra aūt q̄ttuor p̄mis quaſi domeſticū ſit ⁊ pene velut ſinglare: ſine vlla animi alienatōe in ɔtēplationē aſſurgere: poſſunt tñ oīa atq; ſolēt mō vtroq; ɔtingere. Nā ex illis q̄ p̄mis ɔtēplationū generib⁹ ſubiacēt: poſſum⁹ q̄da; ex diuina reuelatiōe cognoſcere p mentis ex-

ceſſum ⁊ ꝯtēplatiōis oculo cernere: ⁊ ea itē q̄ ad duo nouiſſima ꝯtēplationū genera ꝑtinēt ſolemꝰ ꝓut volumꝰ ⁊ valemꝰ ſm cōmunē aī ſtatū in ꝯſiderationē adducere ꝑ ꝯtēplationē q̄ꝫ videre. Sꝫ qꝛ illa ſemꝑ q̄ ad nouiſſima duo ꝑtinēt: hūane mētis ꝑſpicaciā excedūt: cuꝫ ea iuxta cōſuetū aī ſtatū oībꝰ in ꝯſiderationē adducit: ſeu ecōtra vt aliquid in his ꝑſpicacius ⁊ limpidiꝰ cernere poſſit: ip̄a mens hūana ſemetip̄aꝫ excedit: ⁊ in alienationē tranſit: apte quidē eadē ip̄a nō tam hūana effigies q̄ꝫ angelica forma myſtice exprimere oportuit. Qꝛ aūt hec oīa ſex ꝯtēplationū genera poſſint ꝑ extaſim cerni: myſtico moyſi exēplo tenemꝰ. Qꝛ vō ſine vllo mētis exceſſu in ꝯtēplationē poſſint adduci: ex typico illo beſeleel oꝑe habemꝰ. Ut eñ moyſes arcā ⁊ vtrūq̄ꝫ cherubī ex diuina reuelatione videre potuiſſet: montē aſcendit: nebulā ſubintrauit. Ut aūt beſeleel myſticū illud opus oparet̄ ⁊ ītueret̄: nec mōtē: nec nebulā q̄ſiſſe vel ſubiſſe legit̄. Quid eſt aūt mōtē ſubire: niſi ſm ꝓpheticā ſentētiā ad coꝛ altū accedere: Eiuſmodi vō mōtē nubes tūc tetigit: qñ exterioꝛū omniū menti memoria excidit. In hoc mōte moyſes ſex diebus moꝛat̄: ⁊ in ſeptimo de medio nubis ad colloquiū dei vocat̄. Sex diebus vt notū eſt oꝑa

noſtra pagimus: ⁊ in ſeptimo requieſcimus. Quaſi ſex ergo dies trãſigim⁹ in hoc monte: qñ cum multo labore magnaq; animi induſtria ĩ eiuſmodi ſublimitatis ſtatu diutius aſſueſcimus ꝑmanere. Tũc aũt q̃ſi ad diẽ ſeptimũ peruenit̃: quãdo tanta mẽtis ſubleuatio menti in oblectamentũ vertitur: ⁊ ſine vllo labore ſubitur. Quaſi ad ſeptimũ diem iam ꝑtingit̃: qñ in illo ſublimitatꝰ ſtatu tandẽ aliqñ ad ſummã anim⁹ trãquillitatẽ cõponit̃: vt nõ ſolũ omnẽ curã ⁊ ſollicitudinez deponat: ĩmo vniuerſas pene humane paſſibilitatis moleſtias excedat. Ad colloquiũ dñi dño vocante admittit̃: quãdo ex diuina inſpiratiõe ⁊ reuelatiõe in illã diuinoꝝ iudicioꝝ abyſſum intromittitur. In mediũ nebule moyſes ingredit̃: qñ humana mens ab illa diuini luminis immenſitate abſorpta: ſũma ſui obliuione ſopitur: ita vt mirari valeas: ⁊ iuſte mirari debeas: quomodo cõcordet ibi nubes cum igne: ⁊ ignis cum nube: nubes ignorantie cum igne illuminate intelligentie: ignorantia ⁊ obliuio notorũ ⁊ expertorũ cum reuelatione ⁊ intelligentia prius ignotorũ ⁊ eouſq; inexpertorũ. Nã vno eodẽq; mõ et tempore hũana intelligentia ⁊ ad diuina illumĩatur ⁊ ad humana obnubilat̃. Hanc ſubleuati animi pacem: ob-

nubilationem ⁊ illuminationē pſalmiſta pau/
cis verbis comprehendit: cum dicit: In pace
in idipſum dormiam ⁊ requieſcaꝫ. Ueraciter
anima tūc pacem inuenit: quādo ſupra ſemet
ipſam ducta humane paſſibilitatis moleſtias
omnino nō ſentit. In hac pace conſopita qc/
quid ſobria cogitare cōſueuerat: ei in obliui/
onem venit. Qui enim dormit: que circa ipſū
ſunt: imo ⁊ ſeipſum omnino nō nouit. Recte
ergo per ſoporem mētis: alienatio exprimit:
per quam a preſentibus elongat: ⁊ quaſi per
ſomnū occupata a rebus humanis diuinarū
rerum cōtemplatione pegrinat. Et tunc qui/
dem in idipſum obdormit: quādo in eo p cō/
templationē ⁊ admirationem requieſcit: cui
vnū idemqꝫ eſt eſſe omne quod eſt: qui ſolus
veraciter dicere pōt: Ego ſum qui ſū. Quod
igit moyſes deſignat p diē ſeptimū: hoc da/
uid apertius ⁊ aptius nominat pacem. Et qd
apud moyſen eſt ingredi mediū nebule: hoc
idē apud dauid ē obdormire. Et ꝙ dauid re/
quieſcit in idipſum: hoc eſt idem ꝙ vocatus
moyſes aſcendit ⁊ morat apud dn̄m. Quaſi
ad moyſi itaqꝫ ſimilitudinē montis verticem
aſcēdens mediū nebule ingredit: ⁊ arcā iā di/
ctā deſignatoſqꝫ cherubin dn̄o reuelāte videt

⁊ cõtemplatur: quãdo ꝑ mẽtis exceſſũ: ſuble/uationem ⁊ alienatiõem quis in ſublimia raptus: ad illa ſex q̃ deſcripſimus cõtẽplationum genera: ex diuina inſpiratione ꝓmouetur. Moyſi itaqꝫ dictum eſt: Uide vt omnia facias: ſicut tibi ĩ mõte monſtrata ſunt: Si ei a dño monſtrata ſũt omnia: ergo nõ ſolũ cherubin: ſ etiã ⁊ arca. Hoc eſt qđ ſupius iam dixi: quia ad quodlibꝫ cõtemplatiõis genus ptinentia poſſunt dño reuelante ꝑ mẽtis exceſſum videri: Sed ex beſeleel opere nihilominus poteſt perpendi: qꝛ q̃libꝫ horũ abſqꝫ vllo mẽtis exceſſu poſſũt ⁊ ſolẽt in ꝯtẽplationẽ adduci. Quid em̃ q̃ſo eſt arcã fabricare: auro veſtire: corona cingere: ꝓpitiatorio tegere: cherubin adiũgere: niſi gradatim q̃dẽ ĩ dicta cõtemplationũ genera artẽ ꝯparare: et multo ſtudio atqꝫ labore alia poſt alia addiſcere: ⁊ ĩ vſũ adducere: ⁊ tandẽ aliq̃n opꝰ cõſũmare: ⁊ ad vltimũ in omnibꝰ ꝑfectum eſſe: Sed vt de arca taceam: q̃d de ipſis cherubin dicam: Nũquid vt eos formaret: vel eos formatos videret: legiť vel montẽ aſcendiſſe: vel nubẽ intraſſe: Unde ⁊ manifeſte dať intelligi: qꝛ ⁊ illa nouiſſima duo cõtemplationũ genera q̃bus q̃ſi ꝓprium eſſe videť ꝑ mẽtis exceſſum exerceri: ſolent tamẽ q̃nqꝫ infra hũane ꝯphenſibilitať

metas exhiberi: Om̄ꝫ ꝯtēplatōnū genera poſ
ſunt modo vtroqꝫ fieri: ⁊ modo ꝑ mētis exceſ
ſū: modo ſine aliq̄ mētꝰ exceſſu ſolēt exerceri.

## Q2 excedendi donū: aliȷ́ fortuitū habēt: aliȷ́ iam q̄ſi ex virtute poſſidēt Capitulū.XXIII

Q2um autē qui in ſuis ꝯtemplationi
b bus ſup̄ ſemetipſos ducūť: ⁊ vſqꝫ ad
mētis exceſſum rapiunť: aliȷ́ hoc ex-
pectant ⁊ accipiūt vſqꝫ adhuc ex ſola vocāte
gratia: aliȷ́ vͦo vt hoc poſſint ſibi cōparant cum
gratie tñ cooperatōne ex magna animi indu-
ſtria. Et illi quidē hoc donum quaſi fortuitū
habent: iſti vͦo iam velut ex virtute poſſidēt.
Quaſi fortuitū cuiqꝫ ē: qd̄ vel qñ vult vľ ꝓut
vult hoc nullo mō poteſt. Velut fortuitū hoc
habēt: q̄ nihil ex ꝓpria induſtria valēt: ſed ſolā
vocantis gratie horā expectant. Iam vͦo ve-
lut ex virtute eiuſmodi gr̄e efficaciā hr̄e dicē-
di ſunt: qui ex magna pte id poſſunt cū volūt.
Uniꝰ rei figurā habemꝰ in moyſe: alteriꝰ aūt
in aaron ſacerdote. Q2 eñ moyſes arcam in
montē videre meruit: ſola reuelātis dñi gra-
tia fuit: qꝛ vt eā ꝓ arbitrio videret in ſua oīno
poteſtate nō habuit. Aaron aūt iā ex magna
pte in ptāte ſua hēbat: quotiēs idip̄m ordo vľ

ratio poſcebat in ſanctaſanctoꝝ intrare: ꝛ in-
tra ipm veluꝫ arcam dñi videre. Satis vtiqꝫ
conſtat: qꝛ ſanctaſanctoꝝ in tabernaculo fede
ris tenebant intimũ ꝛ ſecretiſſimũ locum. Si
cut ergo ꝑ verticem montis intelligimus mẽ-
tis ſummũ: ſic ꝑ ſanctaſanctoꝝ humane men
tis intimũ. Sed in humano ꝓculdubio ani-
mo idem eſt ſũmũ qḋ intimũ: ꝛ intimũ qḋ ſũ-
mũ. Idẽ itaqꝫ intelligimꝰ per verticem mon
tis: qḋ ꝑ oꝛaculuꝫ tabernaculi federis. Quid
igiẗ eſt montis verticẽ vel interius taberna-
culum ſubire: ꝙ̃ ſummũ ꝛ intimũ mentis ſi-
num aſcẽdere: apprehẽdere ꝛ tenere? Per pri-
mũ nãqꝫ tabernaculũ: illũ quem omnes noui
mus: intelligimus cõmunẽ animi ſtatuꝫ eſſe.
Per ſecũdũ vo intelligimꝰ illũ quẽ pauci ad
modũ nouerũt: q̇ fit ꝑ mẽtis exceſſum. Ad il-
lum maxime ꝑtinet ſenſus ratõnalis: ad iſtuꝫ
vo ſenſus intellectualis. In illo ſane ſpecula-
mur inuiſibilia nr̃a: in iſto vo cõtemplamur
ĩuiſibilia diuina. Sed hũc vtrũqꝫ ſtatũ: vnũ
videlicꝫ oĩbꝰ notũ: alterũ aũt paucis exꝑtum
diuidit ꝛ ſecludit denſuꝫ obliuiõis velũ. Cuꝫ
eñ per mentis exceſſum ſupꝛa vel infra noſ-
metipõs ĩ diuinoꝝ ꝯtẽplationẽ rapimur: ſta-
tim exterioꝝ oĩm: ĩmo nõ ſolum eoꝝ q̃ extra
nos: verũetiã eoꝝ q̃ ĩ nobis ſũt oĩm obliuiſci-

mur. Et item cũ ab illo ſublimitatis ſtatu ad noſmetipſos redim⁹: illa q̃ ṗus ſupra noſmetipſos vidim⁹: in ea veritate vl' claritate q̃ pri⁹ ꝑſpexim⁹ ad noſtraꝫ memoriã reuocare oĩno nõ poſſum⁹. Et q̈uis inde aliq̇d in memoria teneam⁹: ꝛ q̃ſi ꝑ mediũ velũ: ꝛ velut in medio nebule videam⁹: nec modũ quidẽ vidẽdi: nec qualitatẽ viſionis cõprehẽdere vel recordari ſufficim⁹. Et mirũ in modũ reminiſcentes nõ reminiſcimur: ꝛ nõ reminiſcẽtes remĩſcimur: dũ vidẽtes nõ ꝑuidem⁹: ꝛ aſpiciẽtes nõ ꝑſpicim⁹: ꝛ intendẽtes nõ penetram⁹. Uides certe: q: hũana mẽs ſiue ĩ id intimũ arcanoꝝ ſecretariũ introeat: ſiue ď illo ad ex̃tiora exeat: vides inq̈: q: vtrobiq; eã velũ obliuiõis excipiat. Idẽ itaq; ẽ nubẽ intrare: ꝛ ſe intra veluꝫ ingerere. Sꝫ q̈uis ad vnũ reſpiciãt: ꝛ illď qď moyſes gerebat: et illud qď aaron actitabat: differt tñ in h̄ maxie qď vterq; agebat: q: ille ad alieni ſolũmõ bñplaciti in h̄ horã reſpiciebat: iſte q̃ſi ꝓ officio ſuſcepat: ꝛ magna ex pte ꝓ volũtate gerebat. Sꝫ vt aarõ idonee poſſꝫ ꝛ ꝓmptũ h̄ret intra velũ intrare cum vellet ꝛ oporteret: põtificalẽ ſibi ornatũ ꝛ habitũ ĩ id officij idoneũ cõpauerat ꝛ poſſidebat. Quid aũt ẽ habitũ ĩ id officij idoneũ h̄re: niſi illa virtutũ merita cõꝑare ꝑ que poſſit eiuſmodi gr̃e

officiũ in vſu hr̄e: Oportet aũt nõ in ſolo põtificali ornatu: verũetiã cũ aromatici fumi obumbratiõe iuxta dñicuȝ p̄ceptũ incedere qui vult ĩ interiora velaminis penetrare: vt introgreſſionis ſue hora tanta celeſtiũ deſideriorũ exhalatiõe: ꝛ q̄ſi aromatici fumi exeſtuatione efferueat: q̄tenꝰ ĩ deſpectũ ei veniat: ꝛ oı̄no q̄ſi ꝓ nihilo reputet: quicq̄d de exterioris homis ornatu placere poterat. Forte aũt idẽ ẽ moyſen turbã ad pedẽ mõtis relinq̄re: ꝛ aaron añ ingreſſũ tabernaculi cõmunẽ habitũ deponere. Idẽ aũt eſt eundẽ moyſen cũ ſenionibꝰ iſrľ montẽ aſcẽdere: ꝛ aaron cũ pontificali ornatu ĩ interiora tab̄naculi ĩtrare. Hec forte aliđ ꝛ aliud ẽ illũ ſenioribꝰ in aſcẽſu mõtis relictis cũ ſolo ioſue verticẽ mõtis apprehẽdere: ꝛ iſtũ cũ aromatico incẽſo in ſancta ſctõꝝ ꝑperare. Et idẽ nihilominus ſit illũ ſe in nebulã: iſtũq; ſe in velũ ingerere: vt ħ ſolũ int̄ vtriuſq; actũ q̄ītũ ad myſticã traditiõȝ differat: ꝙ vnus ex ſola domini vocatione: aliter ex ꝓpria deliberatione ad ſecretum illud diuine reuelationis alloquiũ ſubintrabat.

Magni cõtemplatoris Richardi de ſancto Victore liber quartꝰ de arca myſtica explicit.

# Annotatio capitulorū libꝛi quīti.

Qꝫ tribus modis in gratia cōtemplatiōis ꝑficimus. Capitulū. I.

Quibus modis ſoleat oīs cōtemplatio cōtingere: mētis videlicet dilatatiōe: mētis ſubleuatione ⁊ mētis alienatiōe. Ca. II.

De mētis dilatatiōe quibꝰ gradibꝰ ſoleat accreſcere. Ca. III.

De mentis ſubleuatiōe quibus modis ⁊ gradibꝰ ſoleat aſſurgere. Ca. IIII.

Qꝫ triplici ex cauſa fieri ſoleat humane mentis exceſſus. Ca. V.

Qꝫ pꝛimꝰ excedendi modus ſurgat ex magnitudine deuotionis. Ca. VI.

Qꝫ pꝛimꝰ excedendi modus qn̄qꝫ fiat ex ſola feruētis deſiderij eſtuatiōe. Ca. VII.

Qꝫ pꝛimꝰ excedendi modus qn̄qꝫ fiat tam ex eſtuanti deuotione q̄ꝫ ex adiuncta ſibi diuina reuelatiōe. Ca. VIII.

Qꝫ ſecūdus excedendi modus fieri ſoleat ex magnitudine admiratiōis. Ca. IX.

Qꝫ ſecūdus excedendi modus qn̄qꝫ a ſola admiratione incipit ⁊ in feruentiſſimū deuotionis deſiderium deſinit. Ca. X.

Qꝫ ſecūdus excedendi modus qn̄qꝫ a ſola admiratione inchoat; ⁊ in eodem tenoꝛe per-

ſeuerat. Capitulũ. XI.
Qz in ſecũdo excedẽdi mõ qñqꝫ diuina reue/latio nr̃e meditationi occurrat. Ca. XII.
Qz in ſecũdo excedendi modo diuina reuela/tio quãdoqꝫ noſtram meditationem preue/nit. Ca. XIII.
Qz terti⁹ excedẽdi mod⁹ fieri ſoleat ex magni/tudine iocũditatis ⁊ exultatiõis. Ca. XIIII
Qz quilibet mentis exceſſus hũane induſtrie vel meriti modũ excedat. Ca. XV.
Qz in tertio maxime modo excedendi totum pendet ex diuino beneficio. Ca. XVI.
Qui ad hunc tertiũ eiuſmodi gratie gradum profecerit vnde in idipſum adiuuari poſſit. Capitulũ. XVII.
Quid maxime ſoleat valere ad innouationẽ eiuſmodi gratie. Ca. XVIII.
Quibus gradibus excreſcat humane mentis exceſſus. Ca. XIX.

Finis

Magni contemplatoris eximijq3 doctoris Richardi de ſancto victore liber q̄ntus: In quo de tribus modis quib⁹ in gratia ꝯtemplatiōis ꝓfi cimus tractat̄: feliciter incipit.

De tribus modis in gratia cōtemplationis ꝓficimus. Capitulū. I.

Modis autem tribus in gr̄a cōtemplationis ꝓficimus. Aliqn̄ ex ſola gr̄a: aliqn̄ ex adiūcta induſtria: et aliqn̄ ex aliena doctrina. Horū autem triū in trib⁹: moyſe videlic3: beſeleel et aaron typū vel exemplū habem⁹: ſi eoꝝ geſta cōſulimus. Moyſes p̄mo arcā in monte et in nube ſine vllo induſtrie labore ex ſola dn̄i reuelatiōe vidit. Beſeleel q̄ten⁹ videre potuiſſet ꝓprio eā labore formauit. Aaron aūt arcā aliena iam opatiōe formatā videre cōſueuit. In morē moyſi arcā dn̄i videm⁹ ſine aliqua hūana induſtria: cū ex ſola dn̄i reuelatiōe radium

cõtemplatiõis accipimus. Sed tũc q̃ſi iuxta beſeleel exemplũ in idipm ex ꝓprio labore et ope ꝑficimus: cũ in eandẽ ꝯtemplatiõis gratiã nr̃o ſtudio ⁊ labore artẽ ꝯtẽplatõnis compaınus. Tũc aũt vt arcã dñi cũ aaron videre poſſimꝰ: q̃ſi ex aliena opatõe accipimꝰ: qñ ex aliena traditõne eiuſmodi gr̃e vſum aſſueſcimus. Sed qđ de induſtrie opatõne diſcimus nec ſic accipe valemꝰ: q̃ſi ſine gr̃e coopatione aliquid poſſimꝰ: cũ q̄libet nr̃a induſtria non ſit niſi ex gr̃a. Sed aliud ẽ gratiã ꝯtẽplatiõis diuinitꝰ ꝑcipere: atq; aliud ẽ eiuſmodi donũ dei quidẽ coopatione ꝓprio exercitio cõpare. Modis itaq; tribꝰ hãc gr̃am obtinemꝰ. ꝑmo q̄dẽ ex diuina inſpiratiõe: ſecũdo ex ꝓpria exercitatiõe: tertio aũt ex aliena traditiõe. Illđ ꝟo notandũ eſt ꝙ quidã ad hãc gratiã ꝓpria induſtria ⁊ ſine alicuius doctrine magiſterio ꝓmouenť: qui tñ in ſuis cõtemplatiõibꝰ vſq; ad mẽtis exceſſum nullo mõ rapiunť. Quidã aũt ad eandẽ gratiã ex aliena traditõne magꝭ q̄ȝ ꝓprio mẽtis acumine ꝑficiunt: qui tamẽ in ſuis cõtemplationibus ſepe vſq; ad mẽtis exceſſum aſſurgũt. Hinc eſt ꝙ beſeleel arcã quidem fabricaſſe non tamẽ ad illã intraſſe legiť: Aaron ꝟo arcã aliena iã opatiõe fabricatã: ⁊ intra velũ collocatã ex more intraſſe nõ dubi-

tat. Ecce nos i h ope q̃ſi beſeleel officiū ſuſce-
pimus: qui te ad cōtemplatiōis ſtudiū inſtru
ctiorē reddere: ⁊ q̃ſi in arce opatiōe deſudare
curauim⁹: lōge tñ in hac gr̃a me p̄cedis ſi ex
his q̄ audis adiut⁹ ītrare p̄ualeas vſq; ad in-
teriora velaminis: Si illud qđ q̃ſi in ꝓpatulo
laboram⁹ ⁊ iuxta cōem vſū cōprehēdimus ⁊
aſſignam⁹ tu p̄ualueris p mētis exceſſum p-
ſpicere ⁊ q̃ſi intra velū videre. Notandū ꝗ;
eſt ꝙ quidā ea q̄ p mentis alienationē conſpi-
ciunt ad ſemeip̄os reuerſi iuxta cōmunē ani-
mi ſtatū nullo mō cape vel recolligere poſſūt.
Hinc eſt ꝙ rex nabuchodonoſor ſomniū vi-
dit: ſ excuſſus a ſomno viſum ſomniū ad me-
moriā reuocare nō potuit. Alij qđ p exceſſu;
mētis cōſiderāt: poſtmodū facile retractant.
Alij vt h poſſint multo labore deſudāt. Hinc
ē ꝙ rex pharao ſomniū vidit: viſūq; retinuit.
Ecōtra aūt rex nabuchodonoſor amiſſū ſom
niū multa recupauit inſtantia. Et moyſi qui-
dem arca dñi ex dñica reuelatōne eſt in mōte
oſtenſa: poſtmodū aūt in valle eſt ei familia-
riter nota ⁊ frequenter viſa. Alij item qđ rar
⁊ velut fortuitū habēt in ſuis videlic; cōtem-
plationib⁹ mēte excedere incipiūt aliq̄n illud
familiare habere. Hinc eſt ꝙ ad arcā dñi moy
ſes intra velū familiarit tandē intrauit: quē-

admodū ⁊ ad ſolā dn̄i vocationē ⁊ reuelatiōꝫ pꝛius p nubē videre accepit. Multa etiā ſunt in his omnib⁹ ſacramēta: que modo nec poſſunt: nec debent tractari p ſingula.

## Quibus modis ſoleat omnis cōtemplatio cōtingere: mentis videlicꝫ dilatatiōe: mentis ſubleuatiōe: ⁊ mētis alienatione. Ca. II.

Tribus autē modis vt mihi videt̄ cōtemplatiōis qualitas variat̄. Modo enī agitur mentis dilatatōne: modo mētis ſubleuatione: aliqn̄ agit mentis alienatōne. Mentis dilatatio eſt: quādo animi acies latius expandit̄ ⁊ vehementius acuit̄: modū tamē induſtrie humane nullaten⁹ ſupgreditur. Mentis ſubleuatio eſt: quādo intelligētie viuacitas diuinitus irradiata humane induſtrie metas tranſcēdit: nec tamē in mentis alienationē trāſit: ita vt ſupꝛa ſe ſit qđ videat: ⁊ tn̄ ab aſſuetis penitus nō recedat. Mentis alienatio eſt: qn̄ p̄ſentiū memoꝛia menti excidit: ⁊ in pegrinū quēdam ⁊ humane induſtrie ignotū animi ſtatū diuine opationis trāſmutatione tranſit. Hos tres cōtemplatiōis modos experiunt̄: q̄ vſqꝫ ad ſummā eiuſmodi gratie arcē ſubleuari merent̄. Pꝛimus itaqꝫ ſurgit ex induſtria humana: Tertius ſurgit ex ſo

la gratia diuina: Medius aũt ex vtriuſq; ſur/
git pmixtiõe: hũane videlicz induſtrie: ꝛ diui/
ne gratie. In pmo gradu q̃ſi arcam noſtro la
boꝛe fabꝛicamus: qñ ꝯtemplandi artẽ noſtro
ſtudio ꝛ induſtria compamus. In ſecũdo gra
du arca ſuppoſita ſupportantiũ humeris ſub/
leuat̃: ꝛ quaſi p̃cedẽtis nubis veſtigia ſequit̃:
cum induſtria ſatagente: ꝛ reuelatiõis gratia
coopante: ꝛ quaſi p̃eunte cõtemplationis ra/
dius dilatat̃. In tertio gradu arca in ſancta
ſanctoꝛũ infert̃ ꝛ quaſi intra velum collocat̃:
quãdo cõtemplationis acumen ad intimum
mentis ſinũ colligit̃: ꝛ ab exterioꝛũ memoꝛia
obliuionis ꝛ alienatiõis velo ſecludit̃. Prim⁹
itaq; grad⁹ ptinet ad arce fabꝛicatiõz. Secũ/
dus ptinet ad arce erectionẽ. Tertius perti/
net ad eiuſdẽ arce introductionẽ: ꝛ veli obdu/
ctionẽ. De pmo recte intelligit̃ ꝙ ad abꝛaam
a dño dicit̃: Leua oculos tuos ꝛ vide a loco ĩ
quo nunc es ad aquilonẽ ꝛ meridiem ꝛ oꝛien/
tẽ ꝛ occidentẽ: omnẽ terrã quã cõſpicis dabo
tibi ꝛ ſemĩ tuo. De ſcdo recte ĩtelligit̃ illd qd
de moyſe ſcribit̃: Aſcẽdit moyſes d capeſtrib⁹
moab ſup mõtẽ nebo ĩ vticẽ phaſga ꝯ hierico
oñditq; ei dñs oẽm t̃rã galaad vſq; dan. Ad
tertiũ autẽ reſpicit: ꝙ dñs trãſfiguratiõis ſue
teſtes in montẽ excelſum ductos nube lucida

obumbrauit: et ſicut ſuprius iam dictuꝫ eſt: ꝙ moyſes ꝑ mediū nebule ad dñm acceſſit. Et ī ꝑmo quidē abraā nec iubeť montē aſcendere nec ei legiť ibi dñm aliq̄d oſtēdiſſe: ſed a loco in quo erat iubeť oculos ſuos leuare: ⁊ terrā quā accepturus erat: circūſpicere. Nulla mē/tio aſcēſionis vel oſtēſionis ibi legiť: in quibꝰ vel ſubleuate mētis exaltatio vel diuine reue/latiōis demonſtratio deſigneť. A loco in q̄ ſu/mus vel eſſe cōſueuimꝰ oculos noſtros leua/mus: qn̄ in cōtemplatiōis nr̄e ſpectaculis cō/munē ⁊ cōſuetū animi ſtatū nō deſerimꝰ. Cō/ꝑhenſibilitatis nr̄e modꝰ: locus ē in q̄ interī ꝑ intelligentiā ſumꝰ. Hereditatis accipiēde ple nitudinē cōſideramꝰ: qn̄ ad quādā ꝑfectōnis latitudinē deuotiōis nr̄e ꝓfectibus tandē ali/qn̄ ꝑtingere poſſumꝰ: cōtemplatōis nr̄e ocu/lis longe ante ꝓuidemꝰ: Nihil in his ſcriptu/re verbis innuiť q̄d hūanā induſtriā excedere videať: vnde recte ad primū illū ꝯtemplandi gradū accōmodať. Sꝫ ꝙ moyſes iubeť mon tē aſcēdere: ⁊ ꝙ dñs dicit illi terrā ꝓmiſſiōis oſtēdiſſe: attēde q̄ꝫ expreſſe videať deſignare ſcd̄m cōtemplādi gradū. Quid eſt ġ illa moy ſi mōtana aſcēſio: niſi hūane mētis ſupra hu mane poſſibilitatis planum: quedā in ſuꝑna eleuatio? Quid eſt aūt illa dñica oſtēſio: niſi

intime inſpiratiõis infuſa illumiatio: Terrã
aũt ꝓmiſſiõis ad diuinã demonſtrationẽ ꝑ-
ſpicere: eſt future retributiõis plenitudinẽ ex
diuine illuſtratiõis reuelatiõe cognoſcere: et
eiuſmodi cõtemplationi inſiſtere. Hũane vi-
detur induſtrie ꝙ moyſes in mõtana aſcẽdit:
gratie diuine ꝙ dñs ei terrã ꝓmiſſiõis oſten-
dit. Vñ ꝛ hoc ſcripture teſtimoniũ ad ſecũdũ
quẽ diximꝰ gradũ reſpicere ſe innuit. Qꝛ aũt
moyſes in montẽ aſcendens ad dñm ꝑ mediũ
nebule legit̃ acceſſiſſe: quomõ ad tertiũ con-
templãdi gradũ vl̃ modũ reſpiciat: ex ſuꝑius
iã dictis poſſumꝰ ſatis colligere. Quid eñ eſt
ad diuine vocatiõis acceſſum nebulã intrare:
niſi mentẽ excedere: ꝛ ꝑ obliuionis nebulã q̃ſi
in adiacentiũ memoriam mẽte caligare: Ad
idẽ reſpicit ꝙ diſcipulos xp̃i nubes lucida ob-
umbrauit. Vna itaqꝫ eadẽqꝫ nubes ꝛ lucẽdo
obumbrauit: ꝛ obumbrãdo illumiauit: qꝛ illu
minauit ad diuina: et obumbrauit ad hũana.
Iſtis itaqꝫ tribus modis oĩs cõtemplatio ſo-
let cõtingere: mẽtis videlicet dilatatione: mẽ
tis ſubleuatione ꝛ mentis alienatione. Leua
ergo in circuitu tuo oculos tuos ꝛ vide: Ecce
de illo contemplationis genere qd̃ fit mentis
dilatatione. Qui ſunt iſti qui vt nubes vo-
lant ꝛc̃: Ecce de mentis ſubleuatiõe. Ego dixi

in exceſſu mentis mee oīs hō mēdax: Ecce de mentis alienatione.

## De mentis dilatatione ꝛ quibus gradibus ſoleat accreſcere. Ca. III.

Ile aūt cōtemplationis modus qui fit mentis dilatatiōe tribus ſolet gradibus excreſcere: ſcꝫ arte: exercitatione ꝛ attentiōe. Artē nobis veraciter ad aliqd compamus: qñ quō aliquid agēdū ſit veraci traditione ſeu etiā ſagaci inueſtigatione addiſcimus. Exercitatio eſt: quando id ſiquidē qꝺ arte ꝑcepim⁹ in vſū adducim⁹: ꝛ in eiuſmodi officij executione noſipſos ꝓmptos ꝛ expeditos efficim⁹. Attentio eſt: quādo ſtudio qꝺ exequimur ſumma diligentia inſiſtim⁹. Primū itaqꝫ eſt cuiuſcūqꝫ diſcipline artē compare. Secūdū eſt illud qꝺ didicimus in vſuꝫ adducere. Sed tertiū eſt in id ad qꝺ eruditi ꝛ exercitati ſumus cum ſumma viuacitate inſiſtere. His itaqꝫ trib⁹ vt dictū eſt gradibus mēt' ſin⁹ dilatat̄: ꝛ ad omnē diſciplinā vel eruditionē capacioꝛ efficit̄. Certe quāto amplius et quāto firmius aliqua didiceris: tanto ad amplioꝛa ꝛ ꝓfundioꝛa capiēda copioſius dilataris. Sed ꝛ illud qdē nihilomin⁹ ꝯſtare videt̄: qꝛ qlibet diſciplina eruditione ꝑcepta: vſu et

exercitatione roborat: dilatatur atq; pficit. Item quid est q in vno eodemq; studio in q eruditi & exercitati sum⁹: modo tenuius: modo perſpicacius videmus: niſi q ſm modum attentionis creſcit dilatatio & pſpicacia mentis? Primus ergo gradus eſt ipſius artis perceptio. Secūdus eſt eiuſdē artis pcepte frequens exercitatio. Tertius eſt ipſius exercitij diligens & ſtudioſa attentio. Ad primū itaq; dilatationis ſue gradū mens hnmana admonet: cum ei p ꝓphetam dicit: Statue tibi ſpeculā: pone tibi amaritudines: dirige cor tuū in viam directam in qua ambulaſti. De ſecūdo audis cum legis ꝓphetā dicentē: Super cuſtodiam meā ſtabo: & figam gradum meū ſup munitionē: & cōtemplabor quid dicat mihi. De tertio eſt illud quod dicit p ꝓphetam: Tranſite ad inſulas cethim & videte: & mittite in cedar & cōſiderate vehemēter &c. Quid eſt autem ſpeculam ſtatuere: niſi cōtemplandi ſcientiam compare? Ad h ſpeculā erigim⁹ vt in longinquum videre: & viſum noſtrum in omnē ptē dilatare poſſimus. Recte itaq; illa mētis dilatatio i his vbis deſignat: in q ꝯtēplatōis ſpecula erigit: & eiuſmodi ſtudijs ſciā compatur. Quid eſt autē ſup cuſtodiā ſtare & gradum figere: niſi ſpeculandi ſcientiam vſu formare? Qd em vn⁹ vocat ſpeculā: hoc ali⁹

dicit cuſtodiam. Ob publicam enim ſeu p̃uatam cuſtodiam ſpeculas ſolemus erigere: vt inde ꝓſpicientes poſſimus īminentia p̄icula longe ante p̄uidere. Sic ⁊ nos cōtemplationis gratiā: quaſi ſpiritalē ſpeculā erigamus: vt temptatoris noſtri inſidias p̄uenire poſſimus. Aliud eſt autē ſpeculā ſtatuere vel aſcēdere: atq; aliud eſt in ip̄a ſtare ſeu etiam gradum figere. Illud eſt diſcipline compande: ſed iſtud eſt diſcipline exercende. Or autē vehementer conſiderare iubemur: quis queſo non videat quomō ad tertiū illum dilatationis noſtre modū ꝑtineat? In cedar īquit mittite: ⁊ cōſiderate vehemēter. Et recte quidē hoc dicit̄ ⁊ p̄cipit̄: quia ex vehementia conſiderationis ⁊ attentionis creſcit ⁊ dilatat̄ capacitas mentis. Si his itaq; tribus ꝓficiendi gradibus diligēter inſiſtis: ad magnā ꝑſpicatie ꝑfectionem magis magiſq; dilataberis. Magna quippe in his eſt mētis dilatatio: ſed nō minor delectatio.

## De mentis ſubleuatione quibus modis et gradibus ſoleat aſſurgere. Capitulū. IIII.

n Ihilominus autē ille contemplandi modus qui mentis ſubleuatione accidit: tribus gradibus accreſcit. Intel-

ligentia nāq3 humana diuinitus inſpirata: et
illo celeſti lumine irradiata aliquādo ſubleua
tur ſupra ſcientiā: aliquādo ⁊ ſupra induſtriā:
aliquādo autē ⁊ ſupra naturā. Supra ſcien/
tiam mentis ſubleuatio aſcendit: quādo qui/
libet noſtrū tale aliquid ex diuina reuelatōne
cognoſcit: qđ modū ꝓprie ſcientie vł intelligē/
tie excedit. Supra induſtriā mentis ſubleua/
tio erigit̃: quādo ad illud hūana intelligentia
diuinitus illuminat̃: ad qđ nulla ſua ſcīa ſuffi/
cit: nec illa quā interim habet: nec vlla ſua in/
duſtria compare valet. Supra naturā ſinus
mentis dilatatur: quādo humana intelligen/
tia diuina inſpiratione afflata: non cuiuſcūq3
hominis: ſed generaliter totius humane na/
ture modum induſtrieq3 metas tranſgredi/
tur. Supra ſcientiā ſpeculantis animus ele/
uatur: cū expitur qđ dicit̃: Accedat homo ad
coꝛ altum: ⁊ exaltabit̃ deus. Tunc quidē deus
in conſpectu ſubleuate mentis exaltatur: qñ
deo reuelante aliquid de diuine maieſtatis cel
ſitudine ei oſtendit̃: qđ eatenus habite ſciētie
modū excedere videat̃. Diuinitatis nāq3 illa
celſitudo que in ſemetipſa quomō creſcere vel
exaltari valeat non habet: quotidie in noſtra
cognitione creſcere ⁊ cōtemplationis noſtre
aſpectibus ſublimioꝛ apparere valet. Supra

mentis autē induſtriā mens ſubleuata attol-
litur: qn̄ in ip̄a implet̄ qđ dicit̄: Expādit alas
ſuas ⁊ aſſumpſit eos atqꝫ portauit in hume-
ris ſuis. Certe nō ē induſtrie humane ꝑ aera
iter legere: ſed quo ire non poſſumus ſuppor-
tantiū alis ferri poſſumus. Supra induſtriā
itaqꝫ nō autē ſupra naturam videt̄ eſſe ꝑ aera
iter habere. Supra induſtrie itaqꝫ ſue metas
ꝯtemplatiua anima aſcendit: quando diuina
dignatio arcanorū ſuoꝝ manifeſtatione ⁊ q̄ſi
alarum ſuarū expanſione vel ſubleuatione in
illud ſupeminētis ſcientie faſtigiū eā attollit:
quo nulla vnq̄ꝫ ſua induſtria ire poſſit. Sed
illa mentis ſubleuatio humane prorſus natu-
re vt videt̄ modū tranſcendit: ad quā ꝓpheta
ſuſpirabat cū dixit: Quis dabit mihi pennas
ſicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requieſcā: In ideꝫ
reſpicit qđ domin⁹ per eſaiam ꝓmittit: Qui
cōfidunt in domino mutabunt fortitudineꝫ:
aſſument pennas vt aquile: volabūt ⁊ non de-
ficient. Supra humanā naturam eſt ꝓculdu
bio pennas habere: ⁊ ꝓ volūtatis arbitrio ad
alta volare. Quid eſt aūt pennas quaſi ꝯtra
naturā accipe: niſi mirā quandā ꝯtemplandi
efficaciā ex virtute poſſidere: qua poſſis cum
volueris in ſecretioris ſcientie ardua et omni
humane induſtrie inuia ꝑſpicacie tue penna

penetrare: Pennata itaqꝫ animalia veraciter tunc eſſe incipimus: quãdo gratie munere in idipſum diuinitus accepto: humane cõditio-nis metas cõtemplatiõis noſtre volatu trãſcẽdimus. Omne autẽ genus ꝓphetie ſi tamẽ fuerit ſine mentis alienatione: videt̃ ad hũc tertiũ ſubleuationis gradũ ꝑtinere. Nõne enim ſupra humanã naturaꝫ eſt videre de ꝑteritis: qđ iam nõ eſt. videre de diuinis: qđ ſupra ſenſum eſt: Reſtat adhuc illud querere: quibꝰ videlicet ex cauſis ſoleat humane mentis exceſ-ſus accidere: vel quibus etiam ſoleat gradibꝰ excreſcere.

## De triplici ex cauſa fieri ſoleat humane mentis exceſſus. Ca. v.

t Ribus aũt de cauſis vt mihi videt̃ i mentis alienationẽ ducimur. Nam modo ꝑ magnitudine deuotiõis: mõ ꝑ magnitudine admiratõis: mõ vero ꝑ magni-tudine exultatõis fit vt ſemetipſaꝫ mens oĩno nõ capiat ⁊ ſupra ſemetipſam eleuata in alie-natiõꝫ trãſeat. Magnitudine deuotiõis mẽs hũana ſuꝑ ſemetipſam eleuat̃: qñ tanto cele-ſtis deſiderij igne ſuccendit̃: vt amoris intimi flãma vltra hũanũ modũ creſcat: q̃ aĩaꝫ hũa-nã ad cere ſĩlitudinẽ liq̃factaꝫ a priſtino ſtatu

penitus reſoluat: et ad inſtar fumi attenuatā
a in ſupna eleuet: ⁊ ad ſūma emittat. Magnitudine admirationis anima hūana ſupra ſemet ipſam ducitur: qn̄ diuino lumine irradiata: et in ſūme pulchritudis admiratiōe ſuſpēſa: tā vehemēti ſtupore cōcutitur: vt a ſuo ſtatu fūditus excutiatꝛ: ⁊ in modū fulguris coruſcantis: quāto ꝓfundius ꝑ deſpectū ſui inuiſe pulchritudinis reſpectu in ima deijcitꝛ: tanto ſublimius: tantoqꝫ celeri⁹ ꝑ ſupernorū deſideriū reuerberata et ſuꝑ ſemetipſam rapta in ſubli-
b mia eleuatꝛ. Magnitudine iocūditatis et exultatiōis mēs hominis a ſeipſa alienatur: qn̄ intima illa interne ſuauitatis abundantia potata: imo plene inebriata: qd ſit: qd fuerit: qd erit penit⁹ obliuiſcitꝛ: ⁊ in alienatiōis exceſſuꝫ tripudij ſui nimietate traducitur: ⁊ in ſupmūdanū quēdam affectum ſub quodā mire felicitatis ſtatu raptim trāſformatur. Qr diu igitꝛ hmōi exceſſus in nobiſmetipſis minime ſentimus: quid aliud qꝫ quod ſupius ꝓlocuti ſumus: de nobis ſentire debemus: niſi quia minus diligimur: niſi qꝛ minus diligimus? Si em̄ quiſqꝫ es plene perfecteqꝫ diligeres: forte dilectionis tue nimietas eſtuantiſqꝫ deſiderij tui anxietas in eiuſmodi te raperet exceſſus: quales tibi ſupius ex parte deſcripſimuſ.

Itē ſane ſi diuina dilectiōe plene dignus ex/
titiſſes: ſi tante dignationi te idoneū exhibe/
res:forte tanta luminis ſui claritate intelligē/
tie tue oculos irradiaret:tantaqȝ intime dul/
cedinis ſue ſuauitate cordis tui deſideriuȝ in/
ebriaret:que teipſum ſupra temetipſum rape
ret:ꝛ per mentis exceſſum ad ſupna eleuaret.
Hos auteȝ tres anagogicos exceſſionis mo/
dos:eodem quo illos hic ordine poſuimus:
myſtice quidem deſcriptos in canticis canti/
corū vt arbitror inuenimus. De primo qui/
dem recte intelligit̄ qꝺ dicit̄: Que eſt iſta que
aſcendit per deſertū ſicut virgula fumi ex aro
matibus myrrhe ꝛ thuris ꝛ vniuerſi pulueris
pigmentarij? De ſecundo autē recte intelligi/
mus qꝺ longe poſt in eiſdem canticis legimꝰ:
Que eſt iſta que ꝓgreditur quaſi aurora cō/
ſurgens:pulchra vt luna:electa vt ſol:terribi/
lis vt caſtrorū acies ordinata? Ad tertiū autē
recte illud accōmodat̄: qꝺ in nouiſſimis can/
ticorum legit̄: Que eſt iſta que aſcendit de de/
ſerto delitijs affluens: innixa ſuper dilectum
ſuum?

## Qr p̄mus excedendi modꝰ ſurgat ex magnitudine deuotiōis. Ca.VI.

v Ultis autē melius noſſe q̄ꝫ conuenienter primū illud ad primū excedendi modū poſſumꝰ accōmodare. Primus itaqꝫ exceſſus mentꝭ fit: vt ſuperius audiſtis: ex deſiderij anxietate ꝛ magnitudīe deuotionis. Fumus autem ſemꝑ conſurgit ab igne. Quis autē neget amorē ſpiritalē ignem eſſe? Recte itaqꝫ illa mentis in ſupna eleuatio que ex feruore dilectionis oritur: fumo ni fallor compaꝛ. Quid aūt intelligimus per eiuſmodi fumū: niſi deuote mentis deſiderium? Quaſi ergo fumus: anima in ſupna aſcendit: quādo dilectione feruente: ꝛ in hoc ipſum vrgente ſuū eā deſideriū ſuper ſemetipſā rapit. Eſt aūt virgula: vt omnes nouimus: ꝛ gracilis ꝛ recta. Ut ergo virgule ſimilitudinē in ſe trahat aſcenſio tua: ſit anxiū: ſit ignitum deſideriū tuum: ꝛ ſurgens ex intentione recta. Si autem ꝑ myrrhā carnis contritionē: per thus ꝑo deuotionē: ꝑ vniuerſum aūt puluerē pigmentarij virtutū omniū intelligimus cōſummationem: attende quomō hec omnia in eādem ſententiā concurrūt: que omnia per ſe facile intelligi poſſunt. Nam hoc ſatis conſtat: quia quiſquis charitate plenus eſt: cetera virtutū inſignia non habere nō poteſt. Si enim apoſtolo creditur: Cōſummatio virtu-

tum eſt charitas. Illud ſane notandum eſt: q̄ anima ſancta tūc veraciter q̄ſi fumus p̄ deſertum aſcendit: qñ ex his que in ſemetipſa inuenit ſeu bonis ſeu malis: affectum ſuū in celeſtis ſponſi deſideriū accendit. Maior aūt ſed q̄tum ad meritū vt mihi videt̄ eſt illa mentis eleuatio que fauente quidē gratia ſurgit intētiōe ⁊ attentiōe ꝓpria: q̄ꝫ illa que ſurgit ex ſola reuelatiōe vl' aliqua inſpiratiōe diuina. Ut ḡ ceteris digna inueniatur: oportet animaꝫ ab eiuſmodi aſcenſiōe incipere: ⁊ primo q̄ſi per deſertū aſcendere. Uerūtñ vt eadē ipſa velut virgula fumi fiat q̄ꝫuis p̄ deſertū ferri incipiat: oportet vt ſup̄ ip̄m deſertū aſſurgat: Alioq̄n mens ip̄a in mentis exceſſū nō rapit̄: niſi ſup̄ ſemetip̄am eleuet̄: niſi ſemetip̄am in imo deſerat: ⁊ ſeip̄am deſerēdo deſertū faciat: quo deſerto in morē fumi magꝭ magiſq̄ꝫ in ſublimia tranſcendat.

## Qr primus excedēdi modus qñq̄ꝫ fiat ex ſola feruentis deſiderij exeſtuatione. Capitulū. VII.

Solet tñ eiuſmodi mētis exceſſus mō fieri ex ſola deſiderij feruētis exeſtuatiōe: mō tā ex eiuſmodi exeſtuatione q̄ꝫ ex adiuncta ſibi diuina reuelatiōe. Cur eñ

ſpiritalꝭ ille ⁊ in corpe⁹ ignis diuine dilectiōis
eandē vim i ſpiritalib⁹ nō obtineat: quā ignis
iſte corpore⁹ i reb⁹ corꝑalib⁹ hr̄e ꝯſueuit: Sa
tis nouim⁹ q̄d ignis iſte corpe⁹ in vaſis q̄buis
modico liquore ꝑfuſis opari ſoleat: et primo
quidē incipit liquorem ipſum ab imo euerte-
re: poſtea ꝟo nūc in hanc: nūc in illam partē:
nūc ſurſum: nūc ꝟo deorſum iactare: ⁊ paula-
tim quidē ad ſupiora attollere: totumq; vas
ex quouis modico vſq; ad ſummum replere:
tandem autē ſupra ipſum vas attollere: ⁊ cū
violentia quadā interiora vaſis euacuare: et
foras effundere fortiterq; eijcere. Sic ſane ani-
mus humanus diuino igne ſuccenſus id ſepe
in ſeipſo ꝯ̄ ſemetipſū feruens ⁊ fremēs: eſtu-
ans et ſpumans: ſibiipſi iraſcens: ſeipſum de
ſpiciens: ſibiipſi etiā vehementer indignans:
⁊ ſemetipſum vehemēter cōculcans: ſummis
inhians ⁊ in ſupmundana geſtiens. Et dum
eiuſmodi eſtu diutius vritur: multūq; iactatꝛ:
dū p inferiorū cōtēptū ab infimis repellitꝛ: ⁊
per ſuperiorū deſideriū ad ſupiora trahitur:
fit ſepe vt impetu ſpiritus impellente deſide-
rio extra ſemetipſum ⁊ ſupra ſemetipſum eie-
ctus: ſuiq; penitus oblitus et in extaſi ſuble-
uatus: totus in ſuperiora rapiatur. In hunc
itaq; modū celeſtis deſiderij ardor cum vehe

mẽter exeſtuat: humanã animã diuino amo/
re feruidam: ſupra ſemetipſam leuat. Et ſicut
ſupiori exemplo probare poſſumus: quilibet
pigmentarij puluis aromaticus igni iniect⁹:
inquãtum a voraci flãma nõ conſumit: per te/
nuẽ quidẽ vtpote fumigabundã exhalationẽ
p violentiã ardoris in ſuperna emittit. Uides
obſecro quomõ natura interrogata: vel ſcri/
ptura conſulta: vnum eundẽq ſenſum pari lo
quũt cõcordia. Ex ſolo itaq feruẽt deſiderij
eſtu fieri valet et ſolet diuinit⁹ inflãmate mẽt
exceſſus quẽadmodũ ſupius plocuti ſum⁹.

## Qr pmus excedendi modus qñq fiat tã ex eſtuanti deuotione q̃ ex ad iũcta ſibi diuina reuelatiõe. Ca. VIII

f Jt etiam aliquãdo eiuſmodi mentis
alienatio occurrentibus ſibijnuicem
hinc eſtuantis anime deſiderio: illinc
mirãdo aliquo diuine reuelatõis ſpectaculo:
Qđ ex illo abrae pmo egreſſu colligere poſ/
ſumus: de quo ſuperius aliqua locuti ſumus.
Quid em̃ de eo ait ſcriptura: Apparuit abrae
domin⁹ ſedẽti in cõualle mambre in oſtio ta/
bernaculi ſui in ipo feruore diei. Cũq eleuaſ/
ſet oculos apparuerũt ei tres viri ſtantes pe
eum: Quos cuz vidiſſet: occurrit in occurſum

eorum de oſtio tabernaculi ſui. Si p taberna/culū abrae: mētis humane habitaculū intelligimus: quid erit hmōi egreſſus niſi humane mentis exceſſus: Duobus namqꝫ modis extra noſmetipſos ducimur. Nam modo extra noſmetipſos ſed infra noſmetipſos deſcendimus: mō extra noſmetipos: ſed ſupra noſmet ipſos leuamur. In illo ad mūdana captiuamur: in iſto ad ſupmūdana reducimur. Sed ſicut eſt gemina digreſſio: ſic vtiqꝫ eſt gemīa reuerſio. Ab vtroqꝫ egreſſu: q̄ſi ad cōuerſationis nr̄e habitaculū reuertimur: qñ poſt mūdana negocia: vel poſt celeſtiū ꝯtemplationū ſpectacula: ad circūſpectionē morū noſtrorū mentis nr̄e oculos reducim⁹: ⁊ intima noſtra diſcutiētes q̄les ipi ſum⁹ ſtudioſa retractatōe pſcrutam̄. De prima reuerſiōe recte illō intelligit̄: qō de filio ꝓdigo in euāgelio legit̄: qui ī ſe reuerſus dixit: Quāti mercēnarij in domo patris mei abundāt panibus ⁊c̄. De ſcđa vō reuerſione nihilomin⁹ recte intelligim⁹: qō de ap̄lo petro alio loco legim⁹ Petr⁹ ad ſe reuerſus dixit: Nūc ſcio vere: qꝛ miſit dn̄s angelū ſuū ⁊c̄. Ecce vterqꝫ ad ſe reuerſus legit̄: ſ cur h niſi qꝛ a ſeip̄is ꝑus exiſſe videbant̄: Nā vn⁹ longe a ſe ī longinquā regionē ducit̄: alter angelico ducatu ſupra cōmunē humane poſſi/

bilitatis ſtatū mētis alienatiōe leuat. Primo itaqꝫ egreſſu deſcendit ad ima: Secūdo egreſſu leuat homo ad ſumma. In pmo a domino elongamur: In ſecūdo dn̄o appropinquamꝰ. Quid igit eſt ille egreſſus p quē dn̄o occurrit niſi humane mētis exceſſus per quē ſupra ſemetipſam rapta in diuine ꝯtemplatiōis arcana ſuſtollit: Si ḡ egreſſionis eiꝰ cauſam querimus citius inuenimꝰ: Naꝫ viſio q̄ ei exteriꝰ apparuit: ꝓculdubio eum ad interiora traxit. Apparitionis aūt diuine cauſa latēter innuit in eo ꝙ ei dn̄s apparuiſſe dicit in ipſo feruore diei: ſedenti quidem in oſtio tabernaculi ſui. Vides certe: qꝛ calor diei feruebat: quādo ei dn̄s apparebat. Quis queſo ē iſte feruor diei: niſi eſtuatio ardētis deſiderij: Amor itaqꝫ ille q̄ tenebras diligit: amor inqꝫ q̄ lucem odit: diei feruor dici nō pōt nec debet. Scimꝰ aūt qꝛ qui male agit odit lucē: q̄ aūt facit veritatē venit ad lucem: vt manifeſtent opa eius: qꝛ in deo facta ſunt. Quid itaqꝫ aliud eſt feruor diei: niſi feruidꝰ amor veri deſiderij: dei ⁊ ſūmi boni: Sub q̄li feruore tūc patriarcha abraā eſtuabat: Qualis deniqꝫ eū a domeſtic̄ ſuis ꝓpellebat: ⁊ eū ī oſtio ⁊ ocio ſedere: tm̄mō vacare ⁊ videre cogebat: ābientē ⁊ optātē abſqꝫ dubio diuine aſpirationis aurā pcipe deſide-

rijq; ſui eſtum illius afflatu temperare. Per/
pendis vt arbitror quomõ ille ſub quo tunc
eſtuabat feruor illuc eum trahebat: vnd̃ illos
tres ꝓſpicere potuiſſet: quos iure adorãdos
non dubitaret. Forte ſi tunc domeſticis ſuis
intenderet: et tabernaculi ſui intima teneret:
adorandas illas pſonas minime vidiſſet: ꝛ ſi
non vidiſſet: forſitan tũc temporis nõ exiſſet.
Duo ergo in vnum occurrũt que egreſſionis
illius occaſionẽ ꝓbuerunt: ſcʒ nimietas feruo/
ris ꝛ nouitas viſionis. Iuxta huius rei ſimi/
litudinẽ ſepe in mente humana agit̃: vt dum
nimio celeſtis deſiderij incendio vrit̃: aliquid
ex diuina reuelatione videre mereat̃: vnde ad
illos theoricos exceſſus adiuuet̃.

## Qr ſecũdus excedendi modus fi/eri ſoleat ex magnitudine admiratio/nis. Capitulũ. ix.

Ec interim de illo mentis exceſſu di/
h cta ſunt qui ſurgit ex magnitudine de
uotionis: nunc de illo dicendũ videt̃
qui ſurgere ſolet ex magnitudine admiratio/
nis. Quis autẽ neſciat inde fieri admirationẽ
cum aliquid cernimus ꝓter ſpem ꝛ ſupra eſti/
mationẽ: Nouitas itaq; viſiõis ꝛ rei vix cre/
dibilis adducere ſolet admirationem mentis:

quādo aliq̄d incipit videri q̄ꝺ vix poſſit cre/
di. Jlle igiꝛ mentis exceſſus qui ex admirati/
one oritur: attende q̄ꝫ cōuenienter deſcribaꝛ
in eo ꝙ diciꝛ: Que eſt iſta que ꝓgrediꝛ quaſi
aurora ꝯſurgens ꝛc. Quid eſt aurora: niſi lux
noua tenebriſqꝫ ꝑmixta? Et vnde queſo ad/
miratio: niſi ex inopinato ꝛ incredibili ſpecta
culo? Habet itaqꝫ ipa admiratio lucem ſubi/
tam tenebriſqꝫ ꝑmixtā: lucem viſionis cū qui
buſdā reliquijs incredibilitatis ambiguita/
tiſqꝫ tenebris: ita vt mō mirabili mens abſqꝫ
dubio videat q̄ꝺ credere vix valeat. Sꝫ rei no
uitatē quātomagis miramur: tanto diligen/
tius attendimus: ꝛ quāto diligētius ꝛ atten/
tius ꝑſpicimus: tanto plenius cognoſcimus.
Creſcit itaqꝫ ex admiratiōe attentio: ꝛ ex at/
tentione cognitio. Mens itaqꝫ velut aurora
cōſurgit: que ex viſionis admiratione paula/
tim ad incrementa cognitionis ꝓficit. Auro/
ra ſiquidē paulatim eleuaꝛ: eleuādo dilataꝛ:
dilatando clarificatur: Sed miro modo duꝫ
tandē in diem deſinit: ꝑ ꝓmotionis ſue incre/
menta ad defectū venit: ꝛ vnde accipit vt ma/
ior ſit: inde ei accedit tandēqꝫ accidit vt oīno
non ſit. Sic itaqꝫ intelligentia humana diui/
no lumine irradiata: dum intelligibiliuꝫ con/
templatione ſuſpendiꝛ: dum in eorum admi/

ratione diſtendit: quāto ſemp ad altiora vel mirabiliora ducit: tanto amplius: tanto copioſius dilatatur: et vnde infimis remotior: inde in ſemetipſa purior: ⁊ ad ſublimia ſubtilior inuenitur. Sed in eiuſmodi ſubleuatione dum mens hūana ſemp ad altiora creſcit: dū diu creſcendo tandem aliquādo humane capacitatis metas tranſcendit: fit demū vt a ſemetipſa penitus deficiat: et in ſupmūdanum quēdam tranſformata affectum tota ſupra ſemetipſam eat: Et ſicut matutina lux creſcēdo deſinit: nō quidē eſſe lux: ſ eē lux matutina vt ip̄a aurora iam nō ſit aurora: ita humana intelligentia ex dilatationis ſue magnitudine qn̄qꝫ accipit vt ip̄a iaꝫ nō ſit: nō quidē vt ipſa non ſit intelligētia: ſed vt iam nō ſit humana: dūmodo mirabili mutationeqꝫ incōprehenſibili efficit plus q̄ꝫ humana: dum gloriā domini ſpeculando in eandem imaginē transformatur a claritate in claritatē tanq̄ꝫ a domini ſpiritu. Ex his igit ppendis vt arbitror q̄ꝫ ꝓprie q̄ꝫ exp̄ſſe ille mētis exceſſus qui ex admirationis magnitudine oritur: ex myſtica deſcriptione deſignat in eo quod dicit: Que eſt iſta que progredit quaſi aurora conſurgens ⁊ cetera.

## Qꝫ ſecundus excedendi modus q̄nq̄ꝫ a ſola admiratione incipit: ⁊ in feruentiſſimū deuotionis deſideriū deſinit. Capitulū. x.

Notandū ſane q̄ ſicut ille ſuperioꝛ exceſſionis modus: de quo ſupius locuti ſum⁹ ex deuotione ſurgit: ſic ecōtrario iſte ſecūdus de quo nūc loquimur: non tam a deuotione incipit q̄ꝫ in ipſam deſinit. Ibi ex intimo ꝟitatis deſiderio ad veritatis cōtemplationē aſſurgitur: hic ex veritatis reuelatione eiuſq̄ꝫ cōtemplatione ad deuotionē animus inflammat̄. Uidete ne foꝛte hoc nobis ſcriptura myſtice innuat: cum eis que ſuperius poſuimus verbis ſubſequēter adiungat. Dicto enī: Que eſt iſta que ꝓgredit̄ quaſi auroꝛa conſurgens: ſtatim adiungit: Pulchꝛa vt luna: electa vt ſol. Nemo hoc loco a me hoꝛū vel alioꝛū que poſuimus vel poſituri ſumus verboꝛū: plenā expoſitionē expetat vel expectet: niſi quātū p̄ſentis materie ratio ꝑ ꝟitatis teſtīonio expoſtulat. Auroꝛa itaq̄ꝫ ⁊ luna lucem habent: ſed caloꝛē nō habēt: ſol autem vtroq̄ꝫ p̄pollet. Quid enim ſole lucidius: quid ſole feruentius: Uidetis ergo quia illa mentis aſcenſio que hoc loco de-

ſignatur cuius extrema ſibi comparantur: vi
detis inquã quia non qualemcunq;: ſed ſum-
mã quãdam deuotionẽ deſignat: q̃uis a ſola
claritate veritatiſq; illuſtratione incipiat. Si-
cut enĩ in illa ſupiore ex nimio deuotionis ſue
feruore meretur ſepe ſubleuari ad ſumme ve-
ritatis contemplationẽ: ſic in iſta ex miranda
quadam cõtemplatione veritatis atq; ſtupẽ-
da: paulatim pmouetur tandẽq; inflãmatur
ad ſummã deuotionẽ. Conſiderem⁹ ergo in ortu
ſolis magnitudinẽ claritatis atq; caloris: in-
deq; colligamus in huius mentis ſubleuatio-
ne: aſcenſionis pmotionem: promotioniſq;
cõſummationẽ: que quidem quaſi ab aurora
incipit: et tandem aliquãdo in ſe ſolis ſimilitu-
dinem trahit.

## Qz ſecundus excedendi modus q̃nq; a ſola admiratione incipit: et in eodem tenore pſeuerat. Ca. XI.

Nec tamẽ dicimus in hac ſecũda mẽ-
tis exceſſione humane promotionis
modũ ſemp et vbiq; eundem cõſum-
mationis exitum habere. Videmus in rebus
exterioribus quid de rebus interioribus eſti-
mare debeamus. Si enim vas aque radio ſo
lis ſupponas: ipſam mox aquam videbis lu-

minis ſplendorem ex ſe in ſupiora refundere: & claritatē quidem abſq; calore tamē in ſumma leuare. Sic multi ſane diuine reuelatiōis radios ſuſcipiunt: ſed non inde eque omnes ad eandem vim dilectiōis ꝓficiunt. Ut enim bonorū omniū auctor gratie ſue in nobis dona cōmendet: ex eadem re diuerſos in diuerſis modo temporibus: modo pſonis affectus exhibet. Perpende obſecro ex ꝓpoſito exemplo quiſquis hec legis vel audis: quid ille ī nobis diuine reuelatiōis eternicq; luminis radiꝰ efficiat: quomō humanā intelligentiā ex infuſionis ſue illuſtratiōe ſupra ſemetipſaʒ leuat. Attende qualiter hec ꝓpoſiti tibi exempli formula hunc de quo modo loquimur humane mentis exceſſum ex qualitatis ſue ſimilitudine proponat. Quid eſt aqua: niſi cogitatio humana que ſemp ad inferiora labit: niſi ſub diſtrictionis magne moderamine cohibeat: Aqua in vaſe collecta: cogitatio meditatiōi ītenta: & per intentionē defixa. Aque collectio cordis meditatio. Eiuſmodi aque ſolis radiꝰ ſe infundit: quādo diuina reuelatio meditationi occurrit. Sed cum aqua radium in ſe ſuperni luminis accipit: fulgorem quocq; luminis ī ipa: vt dictū eſt: ad ſupiora emittit: & mirum in modū illuc vſq; radium luminis ex ſe

leuat: quo ipſa p ſe nullo modo aſcēdere valet: Et cū tanta ſit differētia aque ⁊ lumīs: illi tñ quē de ſe luminis radio emittit: non nihil ſue ſimilitudinis imprimit: ita vt tremula tremulum: quieta quietū: purior puriorē: diffuſior diffuſiorē efficiat. Juxta hanc ſane ſimilitudinez cum inacceſſibilis illius eterni luminis reuelatio cor humanū irradiat: humanā intelligentiā ſupra ſemetipſam: īmo ſup omnē humanum modū leuat: ⁊ illuc intelligentie radiꝰ diuini luminis infuſione admirationiſqꝫ reuerberatiōe de imis ad ſumma reſilit: vbi nulla ingenij pſpicacia: vbi nulla artis induſtria: nulla hūana rōcinatio aſcēdere ſufficit: Et q̄ mentē hominis diuine claritatis ſplendor ꝓfundius penetrat: eo altius ſtuporis ſui magnitudine excuſſa: ⁊ per extaſim ſubleuata in diuinorū arcanorum ſublimibus ſublimius reſultat. Jllud autez omnino conſtare debet: quia quanto plenius atqꝫ pfectius ad intimā animus pacem ⁊ tranquillitatē componere ſe ꝑualuerit: tanto firmiuſ: tanto tenacius ī hac ſubleuatione ſumme luci per cōtemplationē inherebit. Et ꝓculdubio quāto purior ad integritatem: quāto diffuſior ad charitatē: tanto pſpicacior: tanto capacior inuenitur ad ſupermūdanorū ⁊ ſupceleſtiū contēplationem.

## Qr in ſecundo excedendi modo qñq3 diuina reuelatio nr̃e meditationi occurrit. Capitulũ.xii.

n Otandum ſane q͛ ille diuine reuelationis ſplẽdor: quãdoq3 ꝑuenienti meditationi occurrit: quãdoq3 ĩpam humanã meditationẽ ꝑuenit: ⁊ modo querentẽ adiuuat: modo excitat torpentem vel dormientem euocat. Hinc eſt q͛ regina auſtri regeꝫ ſalomonẽ queſtionibus pulſat: ⁊ ꝓpoſitis enigmatibus: vniuerſa ab eo didicit que illi proponebat. Hinc ẽ q͛ vinctũ petrũ angelus cũ luce viſitans a corporis ſui ſomno excutit et educit. Quid enim loquit̃ ſcriptura de regina auſtri: que venit audire ſapientiã ſalomonis: niſi qḋ docuit eã ſalomon oĩa verba que ꝓpoſu erat? Que eſt regina auſtri ⁊ illi⁹ callide regionis inhabitatrix ⁊ dña: ⁊ videndi ſalomonis deſiderio ſuccẽſa? Que inquã eſt iſta regina: niſi quelibet ſancta anima ſenſibus ⁊ appetitibus carnis: cogitationibus et affectionibus mentis fortiter preſidens: ⁊ ſummi regis veriq3 prorſus ſalomonis dilectione feruens videndiq3 deſiderio ardens? Eiuſmodi regina ſumme ſapientie regem: propoſitis

enigmatibus ⁊ frequētibus interrogationibꝰ impetit: quādo quelibet anima deuota de diuino adiutorio ꝓſumens: inueſtigāde veritatis ſtudio vehement̄ inſiſtit. Audit quod querit: quādo ⁊ illa ad que ex ꝓꝛia induſtria non ſufficit: ſepe inter oꝛationū ſuſpiria ex diuina reuelatione cognoſcit. Videamus adhuc q̄d de eadem regina ſermo diuinus ꝓponat: cum iterū ſubiūgens dicat: Videns autem regina ſaba omnē ſapientiā ſalomonis: ⁊ domū quā edificauerat: ⁊ cibos menſe eius: ⁊ habitacula ſeruoꝛum: ⁊ oꝛdinem miniſtrantiū veſteſqꝫ eoꝛum: ⁊ holocauſta que offerebat in domo domini: non habebat vltra ſpiritū. Videns inquit regina ſaba: Ecce modo videns deſcribitur: que ꝓponens ⁊ querens ꝓponebat̄. Vide tamē quid viderit: ⁊ intellige quanta intellexerit. Videns ait regina ſaba omnē ſapientiam ſalomonis ⁊c̄. Ecce quanta: ecce qualia aīe deuote: aīe ſtudioſe dant̄ ex diuīa reuelatione cognoſcere. Perpēde ergo q̄ꝫ magna: attende q̄ꝫ miranda videndo diuinitus cognouerit: que diu videndo multumqꝫ mirando: tandem pꝛe admirationis magnitudine ad ſpiritus ſui defectum venit. Ecce quo oꝛdine proceſſit: vel ad quem tandem exitum venit. Priꝰ querit ⁊ audit: poſtea videt ⁊ intelligit:

tandē autē obſtupeſcit et deficit. Interrogat̄ ꝙ diſcat: contēplatur ꝙ miretur: ſtupet vt mē te excidat: mentēq̄ʒ excedat. Primū eſt meditationis: ſecundū contemplationis: tertiū extaſis. Ecce q̄bus ꝓmotiōis gradibꝰ ſubleuat̄ animꝰ humanus. Meditatione ꝑfecto aſſurgit̄ in cōtemplationē: cōtemplatione in admirationē: admiratione in mentis alienationeʒ. Manifeſto vt arbitror exemplo iam tenetis: ꝙ ex magnitudine admirationis incidat homo in exceſſum mentis. Quid enim aliud illi fuit ſpm̄ nō habere niſi mente excedere: vel vnde hoc ei accidit niſi ex multa admiratiōe? Quo nā modo queſo regina iſta ſine ſpiritu fuit: niſi quia ſpiritꝰ ipſius a ſemetipſo alienatus fuit? Sed illud hoc loco ī memoriā redit q̄ꝺ de ſemetipſo alius quidaʒ dicat: Ego inquit iohānes fui in ſpiritu. Ecce iohannes ſe in ſpiritu eſſe teſtat̄: Ecce regina auſtri ſpiritū nō habere aſſerit̄. Quid ergo? Ille in ſpiritu fuit: iſta ſine ſpiritu fuit? Et quis ad hec idoneus? Si iohānes in ſpiritu fuit: quis mihi exponat vtrū ſm̄ carnem: vtrū ſm̄ ſpiritū ibi fuerit? Sed quomō ſm̄ carnem in ſpiritu eſſe potuit: cū corpꝰ omnino niſi in corporali loco eſſe nō poſſit? Si ergo ſm̄ ſpiritū ibi eſſe creditur: quis ediſſerat quomō ſpiritus in

ſpiritu eſſe dicat᷑: Quid autē de regina auſtri dicturi ſumus: Nūquid nā corpus exanime remanſit: qn̄ ſpiritum non habere iam cepit: Quis hoc dicat: quis niſi amens hoc aſtruere audeat: Caro ergo regine nec tūc tēporis ſine ſpiritu fuit: qꝛ ſine ſpū viuere nō potuit. Quid ergo: Nūquid nā ſpirit⁹ ſine ſpū fuit: Ediſſerat ergo qui poteſt: et quō poteſt: quo naꝫ modo ſpūs ſit ī ſpiritu: vel ſpūs ſine ſpū: ſi iure vnū de Johanne credit᷑: alterū de regina putat᷑. An forte h̄ ē ſpiritū ī ſpū eſſe: ſemetipm̄ intra ſemetipꝫ totū colligere: ⁊ ea q̄ circa carnē ſeu etiā in carne gerunt᷑ interiꝫ penitus ignorare: An ⁊ ſpm̄ ſine ſpū eſſe: ſemetipſum ſupra ſemetipſum totuꝫ effundere: ⁊ que ſub ipſo vel in ipo fiunt: oīno interim ignorare: ⁊ in illud diuinitatis arcanū totū intrare: Nōne in ſpiritu ſpūs eſſe tūc recte aſſerit᷑: qn̄ exteriorū omniū obliuiſcit᷑: pariter ⁊ ignarus eorū omniū que in corpe corpaliter agunt᷑: et illis ſolis intereſt ꝑ memoriā vel intellectū: que in ſpū vel circa ſpiritū actitant᷑: Cur non ⁊ recte dicat᷑ ſpūs ſemetipm̄ nō habere: qn̄ incipit a ſemetipo deficere: ⁊ a ſuo eſſe in ſupmūdanū quēdam ⁊ vere plus q̄ꝫ humanū ſtatū tranſire: vt mirabili tranſfiguratiōe ſpūs ille ab humano videat᷑ in diuinū deficere: ita vt ipſe iaꝫ

nō ſit ipſe: eo dūtaxat tpe quo dño incipit altius inherere. Qui eñ adheret dño vn⁹ ſpiritus eſt: ⁊ pſallere poteſt qui eiuſmodi eſt: Defecit in ſalutari tuo anima mea. In ſpū itaq; eſt: qui ſummū mentis aſcendit: ⁊ quaſi a ſuo ſpiritu deficit: qui ſummū mentis tranſcēdit. Sȝ hoc melioꝛib⁹ ⁊ eruditioꝛib⁹ animis plenius diſcutienda relinquim⁹.

## Qꝛ in ſecūdo excedendi modo diuina reuelatio qñq; noſtrā meditationē ꝑuenit. Ca. XIII.

Illud mō conſideremus quō diuina reuelatio ſoleat qñq; etiā meditationis nr̃e ſtudia ꝑuenire: ⁊ hūanū animū infra cōmunē ⁊ humanū libertatis ſtatū ſubita tēptationū violētia deiectū: nō ſolū ad ſolitū ſoliditatis ſtatū erigere: verūetiā vltra hūane poſſibilitatis metas leuare. Sepe nāq; hūana mens poſt multa exercitioꝝ ſuoꝛuȝ inſignia: importuna tēptationū inſtātia pulſat̄: ⁊ vehemēter cōcuſſa de illa ſublimi ſecuritatis ⁊ trāquillitatis ſue arce deijcit̄: ne q̃ſi de ꝓpꝛia foꝛtitudine inter cōtinuos virtutū ſucceſſus tā miſerabilit̄ q̃ꝫ inaniter gloꝛiet̄. Hinc eſt ꝙ beatus petrus apoſtoloꝝ ꝓcipuus poſt innumera meritoꝛū miraculoꝛūq; ſublimia te-

netur: ligatur: includit: ſed angelo aſſiſtente non minus mirabiliter eripitur q̄ crudeliter prius a crudelitatis miniſtris cruciabat. Vultis autem huiuſmodi vincula ſcire que ſolent mentes meritis etiā ſublimes q̄nq̄ grauiter irretire: Quis neſciat irritamenta voluptatū modo a foris: modo ab intꝰ ſurgere: A foris ex delectatione: ab intus ex ſuggeſtione: p ſuggeſtionem in mente: p delectationē in carne. Modo nāq̄ ſordida titillatione caro inflammat: modo vero feda cogitatione animus ſordidatur. Quaſi ergo carcerales tenebras incurrimus: quando his cōcupiſcentie nexibus irretiti: confuſionis noſtre caliginē declinare volumus ⁊ nō valemus. Sed illa ſane mens diuine cōſolationis reuelationem meret: que non tam ꝓpria corporis ſui ignauia q̄ aliene malignitatis ꝓteruia has confuſionis ſue tenebras patit. Eiuſmodi aūt ſancta anima ad diuine legationis aduentū eripitur: quando ex diuine inſpiratiōis grā ⁊ luce reuelationis ab oppreſſiōis ſue pondere releuat. Angelus ſane nūcius dicit: ⁊ ꝓculdubio angelꝰ eſt nūcius: nec quilibet: ſed diuinꝰ nūcius p quem diuine volūtatis beneplacitū cognoſcimus. Nūcius p quem ad eternorū cognitionē illuminamur: p quem ad eoꝝ deſideriū inflāma-

mur. Sed nũquid nouit nuncius iſte celeſtia ſola: an nõ ⁊ terrena? Sed qui maiora nouit: quõ minora ignorare poſſit? Bona ſane legatio iſta que ſufficit ad omnia: nõ ſolum dicenda: verũ etiã pſuadenda: inq̃tũ tamẽ voluerit ille qui mittit. Vultis audire qualem legationem ap̄ſus Johãnes nobis ꝓmittat: cum dicat: Unctio eius docebit vos de omnib⁹? Sȝ que eſt vnctio iſta niſi inſpiratio diuina? Hic eſt ille nũcius quẽ diu querebam⁹: hec eſt legatio vere potens: vere ſufficiens animũ humanũ ad omnẽ veritatem inducere: ad omne diuĩe volũtatis bñplacitũ inclinare. Quid ğ mirũ ſi talis nũcius oppreſſam animã cõcupiſcentie ſue nexibus abſoluit: ab ignorãtie ſue tenebris euoluit: qui celeſtiũ ⁊ eternoꝝ cognitionem piter ⁊ amorem qñ voluerit ⁊ quãtuȝ placuerit ſtatim infundit? Tales nũcios ĩ ſua ereptiõe exptus fuerat qui dicebat: Miſit de celo ⁊ liberauit me. Sed forte adhuc q̃ris ſcire q̃lis illa legatio fuerit p quam de aĩe ſue captiuitate euaſit: Miſit de⁹ inq̃t miſericordiã ſuã ⁊ ỽitatẽ ſuã ⁊ eripuit aĩaȝ meã. Angel⁹ cũ luce veniẽs: diuĩe miſeratõnis opatio ỽitatẽ ĩfundẽs: miſcdia veritatẽ adducẽs: vnctio docens. Quid eſt autẽ deo miſericordiã ⁊ veritatem mittere ⁊ hoĩem a ſua captiuitate eripe:

niſi homī miſcđie ſue opatione veritatē inſpi
rare: veritatiſqꝫ inſpiratiōe ad robur virtutis
ſolidare. Et q̄s vnq̄ꝫ aīe ſue picula plene eua‑
ſit ſi hmōi legatōis bn̄ficia expiri nō meruit.
Felix petrus q̄ nō ſolū meruit ab angelo eri‑
pi: ſed ereptus etiā angelū ſequi. Puto qꝛ nō
omnes qui ab angelo eripiunt: angelica etiaꝫ
veſtigia comitantur. Lego carcere poſitos
aplos: ab angelo eductos: non tamē ſecutos.
Petro ab ipo ſuo ereptore angelo p̄cipit vt
ipm ſequat: Quid hoc eſſe dicimus. Quātū
hoc eē putam⁹: angelica veſtigia legere: poſt
celeſtia p̄nataqꝫ aīalia ire. Cogita ſi poteſ q̄
illa p̄cedentis angeli vel ſubſequētis ꝑfectio
ſeu ꝓmotio fuerit: q̄rū trāſitū nec carceral' cu‑
ſtodia: nec ferrea poꝛta cohibere vl' retardare
potuit. Quid hoꝝ nō nouū. Quid hoꝛū non
mirꝝ. Uere angelicū ꝛ ḋe pl⁹ q̄ꝫ hūanū hūa‑
ne poſſibilitat' tenebꝛoſū ꝛ hoꝛridū exire car‑
cerē: ꝛ p ꝯn̄s oīs ipoſſibilitatis arduū ꝛ artū
trāſire. Cogita illū exitū quē p̄m⁹ hō habuit
anteq̄ꝫ peccauit: vel quē hō adhuc h̄ret ſi oī‑
no nō peccaſſet: per quem ſane exitum quoti‑
ens opoꝛteret facilem tranſitum habere po‑
tuiſſet de mūdanis ad ſupmūdana: de viſibi‑
libus ad inuiſibilia: de tranſitoꝛijs ad eterna:
cum haberet ꝓmptum quotidie celi ciuibus

per ɔ̄templationē intereſſe: diuinis illis ſecre/
tis ſe licēter ingerere: ꝛ illud internum dn̄i ſui
gaudiū dignāter intrare. Cogita cōſequēter
quomō ꝛ iſtū peruiū ꝑus comeandi tranſitū
diuina poſt peccatū ſeueritas dire neceſſitatꝫ
valuis impoſſibilitatiſqꝫ repagulis obſtruxit
ꝛ obſerauit. Cogita hoc inqꝫ et forte hoc co/
gitando inuenies quid de illa ferrea porta ſen
tire debeas vel affirmare audeas. Quere tn̄ ſi
minus ſufficis ad iſta: non quidē a nobis: qn
potius ab illis quibus forte porta hec ferrea
ꝑ frequētem tranſitū familiariter eſt nota: ꝛ q̄
bus forte iuxta ſimilitudinē petri angelo pre/
eunte ducatūqꝫ p̄bēte ſepe vltro ē apta. Illō
ſane vt arbitror nō impudēter dixerim: quia
longe ſupra hominē fuit: qꝛ longe a ſemetipo
ꝛ ſupra ſemetipſum trāſijt: quia hec omnia ꝑ
expientiā didicit: Alioquin nō erat vnō poſt/
ea in ſe reuerteretur: vel vnde de eo recte ſcri/
beret: Et petr⁹ ad ſe reuerſus dixit: Nūc ſcio
vere qꝛ miſit dn̄s angelū ſuū: ꝛ eripuit me de
manu herodis. Multa ſunt que ſuꝑ p̄nti capi
tulo dici potuiſſent: ſi hoc loco dici debuiſſēt:
Sed ſufficit nobis qō ꝓpoſuim⁹ ex eius teſti/
monio ſufficienter probaſſe: quonodo diuina
quandoqꝫ reuelatio ſoleat meditationis no/
ſtre ſtudia ꝑuenire: torpentemqꝫ animū exci/

tare: ⁊ ſub ſemetipſo deiectum etiam ſupra ſemetipſm quoq leuare.

## Qꝫ tertius excedendi modus fieri ſoleat ex magnitudine iocunditatis ⁊ exultatiõis. Capitulũ. XIIII.

r Eſtat adhuc de tertio loco oſtendere quomõ ex iocũditatis exultationiſqꝫ magnitudine humana mens ſoleat ĩ extaſim cadere ⁊ ſemetipſam excedere. Hic ſane exceſſionis modus mibi videt̃ ſatis conueniẽter expꝛſſus: in illis quidẽ verbis que de canticis canticoꝝ ĩ tertio loco poſuimꝰ. Que eſt iſta: ait ſcꝛ̃ptura: que aſcendit de deſerto: de litijs affluens: innixa ſup dilectũ ſuum. Si p deſertũ recte intelligit̃ coꝛ humanũ: quis erit iſte de deſerto aſcẽſus: niſi mentis humane exceſſus? Quaſi de deſerto humanꝰ animꝰ aſcẽdit: qñ ſup ſemetipm mentis eleuatiõe trãſit: quãdo ſemetipſum in imo deſerens: ⁊ ad celũ vſqꝫ ptranſiens: ſolis diuinis ſe totũ p cõtemplationem ĩmergit ⁊ deuotionem. Sed hmõi aſcenſiõis cauſa cõſequẽter annectit̃ in eo qꝫ hec que aſcendit delitijs affluere deſcribitur. Quid eſt delitijs affluere: niſi ſpiritualiũ gaudioꝝ plenitudine abũdare? Quid inqꝫ eſt hec delitiaꝝ affluẽtia: niſi vere ⁊ interne ſuauitat̃

abūdātia celit⁹ data: vbertimq̧ īfuſa leticia: Harū delitiarū copiā: ſicut nec verū gaudiū fallaces diuitie vnq̄ exhibere poſſunt: alioq̄n fallaces nō eſſent: ſi veras delitias: īmo ⁊ eaꝝ affluentiā veraciter exhiberēt. Nūquid nam delitias hr̄e ne dicā affluere veracit̄ dici poſſunt: qui ſm̄ beati Job ſententiā ſub ſentibus eē delitias cōputāt: Has ſane exteriores fallaceſq̧ diuitias etiā impij hr̄e poſſunt: q̄ veꝝ tamē gaudiū oīno hr̄e non poſſunt. Niſi forte mendacē euʒ facim⁹: quē in ꝓpheta veracit̄ cōteſtatē audim⁹: Nō eſt impijs gaudere dicit dn̄s. Quotiēs itaq̧ īternis veriſq̧ delitijs cares: etiā ſi exteriorib⁹ diuitijs abūdas: cuʒ ꝓpheta veraciter pſallere potes: Qm̄ inops ⁊ paup̱ ſum ego. Nūquid nō rex potens ⁊ diues p̄ncepſq̧ ꝑploꝫ erat q̄ iſta dicebat: Quales ḡ erāt ille diuitie: vl̓ q̄les delitias poterūt cōferre: inter quaꝝ copiā oportet inopē fore: verūq̧ gaudiū alioꝛſum mēdicare: Ego aūt inq̄t mendicus ſum ⁊ paup̱: dn̄s ſollicitus eſt mei. Hanc itaq̧ delitiaꝝ affluentiā: veroꝛūq̧ gaudioꝛū abūdantiā nō eſt vnde ſperare debeas: : nō eſt vnde hr̄e valeas: niſi ex illa intima animi iocūditate: diuinituſq̧ infuſa dulcedine. Que ē inq̄t iſta q̄ aſcēdit de deſerto delitijs affluens: eo q̧ nō quelibet harū delitiarū

expientia: ſed earũ affluentia hui⁹ aſcenſum qui de deſerto fit gignat atqꝫ pficiat. Conſtat aũt qꝫ quãtũcũqꝫ pficim⁹: has delitias ĩ hac dũtaxat vita cõtinuas hr̃e non poſſum⁹. Eo itaqꝫ tpe quo eiuſmodi affluẽtia aĩa caret: ad hũc de quo mõ loqmur aſcẽſum aſſurgere nõ valet: qm̃ in ſuo aſcẽſu delitijs affluere oportet. Puto autem ſic aliud ⁊ aliud ſit affluentẽ aſcẽdere: ⁊ aſcẽdentẽ affluere: ſic aliud ẽ affluentiã eſſe cãm aſcendendi et ip̃m aſcẽſum eſſe cãm affluẽdi. Delitiaꝝ itaqꝫ affluẽtia aſcẽſionis tũc cauſa exiſtit: qñ ex illa diuine dulcedinis infuſiõe quã ĩ intimis ſentit: ſeip̃aꝫ aĩa ſãcta p̃ gaudio ⁊ exultatiõe nõ capit: intantũ vt exultatiõis ⁊ iocũditatis ſue magnitudo eam extra ſemetip̃am effundat: ⁊ ſupra ſemetip̃aꝫ rapiat. Sic ſane ſic vehemẽs ĩmẽſaqꝫ leticia dũ ſupra hũanũ modũ excreſcit: hoĩem ſup̃ hominẽ attollit: ⁊ ſupra humana ſubleuatuꝫ ſublimius ſuſpẽdit. Hui⁹ ſane rei formã etiã ĩ aĩalib⁹ poſſum⁹ quotidie pcipe. Solent nãqꝫ in ſuis luſib⁹ ſaltus quoſdã dare: ⁊ ſua corpa quãtũlũcũqꝫ in aera ſuſpẽdere. Sic ſepe ⁊ piſces dũ in aquis ludũt: ſup̃ aq̃s exiliunt: ⁊ natiue illi⁹ habitatiõis ſue termĩos excedũt: dũ ſeip̃os vel ad modicũ per aera ſuſpẽdũt. Sic

ꝓculdubio anima ſancta dum interno quodã tripudij ſui applauſu a ſemetipſa excutit: dum ſupra ſemetipſam ire mẽtis alienatiõe videt: dum in celeſtibus tota ſuſpendit: dum angelicis ſpectaculis tota ĩmergit: natiue poſſibilitatis termĩos ſupgreſſa videt. Hinc eſt ꝙ ꝑ ꝓphetam dicit: Montes exultauerũt vt arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiũ. Quis nõ videat ſupra naturam vel potius contra naturã eſſe montes vel colles iuxta arietũ vel agnoꝝ ludentiũ ſimilitudinẽ ſaltus quoſdã in ſupiora dare: ⁊ terrã a terra reſilire: ⁊ ſeipſam ꝑ aera librare? Nõne velut terra a terra ſuſpendit: qñ homo ſupra hominẽ ducit: cui ꝑ exprobrationem voce dñica dicit: Terra es: ⁊ in terram ibis? Quãtũcũqꝫ ġ virtutis magnitudine excreſcat: ꝗuis ad colliũ ſeu vt multũ ad montiũ ſimilitudinẽ in alta aſſurgat: terra vtiqꝫ ẽ. Et frã recte dici poteſt: ꝗdiu luteas inhabitat domos: et terrenũ habet fundamẽtũ. Vñ illud ſapientis: Ut quid ſupbis terra ⁊ cinis? Si igitur ſimplici expoſitione ꝯtenti ſumus: ſufficit foꝛtaſſis illud dicere: quia hoc eſt montes ⁊ colles ad arietum ⁊ ouium ⁊ agnoꝛum ſimilitudinem exultare: in ſummis ⁊ ſanctiſſimis viris hũanã naturã vltra hũanã naturã

aſcēdere: ⁊ p̄ nimia iocūditatis ⁊ exultationis abūdantia ſup̄ ſemetip̄am mētis alienatione tranſire. Ecce vt arbitror apto iā exemplo do cuim⁹: q̄ p̄ magnitudine exultatiōis qn̄q; cō tingat hūane mētis exceſſus. Sed ſi cui for taſſis h̄ qd̄ de adiūcta ouiū ſilitudine diximꝰ minꝰ ſufficiat: ⁊ circa ſingloꝝ expoſitiōꝫ curi oſiꝰ inſiſtat: illas nonagintanouē oues ad me moriā reducat: q̄s ſummꝰ paſtor ī ſūmis reli quit: qn̄ illā q̄ perierat ī terris q̄ſiuit. Cogitet ergo qui pōt quātū ſit vel quale hmōi noſtre terre mōtana ad eoꝝ ſimilitudinē impetu io cūditatis ſue in alta exilire: in hanc naturā ex ultatiōis ſue applauſum iuxta angelice ſimili tudinis tripudia formare. Si aūt in arietibꝰ ſūmos illos angeloꝝ ordines: in agnis xo in feriores quoſq; intelligimꝰ: nihilominꝰ quoq; ⁊ illud agnouimꝰ quō eiuſmodi arietes dicti videlicꝫ ſummi angeloꝝ ordines: cū miris il lis iocūditatis ſue luſibꝰ cōtemplatiōiſq; ex ceſſibꝰ: ſupra ſemetipſos eunt: cū ſe in ſuis ſu perioribꝰ ſuſpendūt: nil aliud q̄ȝ creatricē om niū ſubſtantiā: ſup̄ ſemetipſos aſpiciūt: nec in q̄ eiꝰ potētiā vl̄ ſapiāꝫ vl̄ bonitatē: quā i ſeip̄a contemplari vel mirari valeant inueniūt. Sꝫ minores illi angeloꝝ ordines qui in agnis de ſignari vident̄: cum ſupra ſemetipſos ferunt̄:

ſllos vtiqꝫ ſpũs quos ſibi mire dignitatis ꝑrogatiua ꝓminere conſpiciũt: quoddã q̃ſi adhuc ſpeculũ in hac ſua ſubleuatiõe inueniũt: ĩ q̊ ſũmã maieſtatẽ mirabilẽ cernere: ⁊ adhuc q̃ſi ꝑ ſpeculũ videre ꝓualeãt. Si igit̃ ꝑ mõtes viri ꝯtemplatiui: ꝑ colles ſpeculatiui recte intelligunt̃: vide q̃ꝫ recte mõtes ad ſimilitudinẽ arietũ: ⁊ colles ad ſimilitudinẽ agnoꝝ exultare dicant̃. Q̃uis eñ ſpeculatio ⁊ ꝯtemplatio ꝓ inuicẽ ſoleant poni: ⁊ in hoc ip̃o ſepe ſcp̃ture ſentẽtie ꝓprietatẽ obnubilent et inuoluant: aptius tamẽ et exp̃ſſius ſpeculationẽ dicim⁹ qñ ꝑ ſpeculũ cernim⁹: cõtemplationẽ v̾o qñ veritatẽ ſine aliquo inuoluto vmbrarũ velamine in ſui puritate videm⁹. Colles itaqꝫ ad agnorũ ſimilitudinẽ exultant: qñ ĩmenſa illa intime ſolẽnitatis tripudia eos eovſqꝫ ſupra ſemetipſos leuãt: vt celeſtiũ ſecretorũ arcana ſaltem ꝑ ſpeculũ in enigmate videre valeant. Mõtes v̾o q̃ſi ad inſtar arietum exultãt: qñ maiores in iocũditatis ſue exceſſib⁹ in pura ⁊ ſimplici veritate videñt: qđ minores: vt iaꝫ dictũ eſt: vix ꝑ ſpeculũ ĩ enigmate videre valẽt.

## Q̃r quilibet mentis exceſſus hũane induſtrie vel meriti modum excedit. Capitulũ. XV.

n Emo tamē tantā cordis exultationē vel ſubleuationē de ſuis viribus p̄ſumat: vel ſuis meritis aſcribat. Cōſtat hoc ſane nō meriti hūani ſed muneris eſſe diuini. Unde ⁊ illa quecūq; eſt anima que de deſerto aſcēdiſſe deſcribit: dilecto ſuo inixa phibet: Quid eſt em̄ dilecto ſuo inniti: niſi virtute illius ⁊ nō ꝓprijs viribus ꝓmoueri? Quid inq; eſt dilecto ſuo incumbere: niſi de propria prudentia ⁊ virtute ꝑ hac pte nihil oīno preſumere? Quātū mihi videt nihil de ꝓpria induſtria: nihil de ꝓpria prudētia recte p̄ſumit: p̄ſertim eo in loco vbi de deſerto aſcendit: ſed nec in deſerto quidē quando per deſertū itur. Scit hoc ſane ip̄e dilectus: ⁊ idcirco deducit eam in nube diei: ⁊ tota nocte in illuminatiōe ignis. Quo em̄ modo ſuſtineret pondus diei ⁊ eſtus: niſi in vmbra illi⁹ quē diligit aīa ſua? Uel quis ei loc⁹ tutus a timore nocturno: p̄ſertim in loco horroris ⁊ vaſte ſolitudinis: niſi ipſe emittat lucē ſuā ⁊ veritatē ſuā? Deniq; nō haberet q̄ eſtus ↄcupiſcētie temparet ſibi: niſi virtus altiſſimi obumbraret illi. Nihilomin⁹ deeſſet vñ ignorantie ſue tenebras illuminaret: niſi in lumīe illi⁹ videret lumē. Unde et dicit illi: Qm̄ tu illumīas lucernam meam dñe: de⁹ me⁹ illumīa tenebras meas. Accipit itaq; dilecta ex munere dilecti ſui ⁊ beneficio

ſponſi ſui: duo remedia contra duo p̄ncipalia mala: Refrigerij nubē cōtra cōcupiſcētiā carnis: ⁊ reuelatiōis lumen cōtra ignorantiā mētis. Q̄ ſepe homo viā veritatis agnoſcit: nec tamē carpit: vtpote a cōcupiſcētia ſua abſtractus ⁊ illect⁹: Et hic quidē ignē diuine cognitionis habet: ſed refrigerātis gratie nubē non habet. Et q̄ multi ſane zelū quidē habēt quē tamē ſm ſciētiā nō habēt. Et hi forte interim nullos cōcupiſcētie eſtus ſentiūt: ſed quaſi ſb noctis refrigerio quieſcēdo reſpirāt: ⁊ vident quidē qui eiuſmodi ſunt noctē habere: ſ ignē illuminātis gr̄e nō hn̄e. Bonū ē ꝗ ſpare ī dn̄o ⁊ non p̄ſumere de ſeip̄o. Q̄ beati illi quib⁹ fit in velamēto diei ⁊ in luce ſtellaꝝ nocte: expādens nubē ī ꝓtectionē eoꝝ: ⁊ ignē vt luceret eis ꝑ noctē. Nō eſt volentis neqꝫ currentis: ſ miſerētis dei. Scit hoc dilecta: ⁊ idcirco dilecto ſuo īnitit. Vn̄ ⁊ recte de ea ſcribit: Que eſt iſta que aſcēdit de deſerto delitijs affluens: et innixa ſuꝑ dilectū ſuū:

## Q̄ in tertio marie excedendi mō totū ex diuio pēdet bn̄ficio. Ca.XVI

[S]ane cū hec ſponſi ſui dilecta ſemꝑ et vbiqꝫ dilecti ſui egeat adiutorio: ita vt ſine ipſo nihil valeat facere: nuſq̄ tamē coopatrici gr̄e vehemēti⁹ incūbit: vt in

cũbere oportet: ꝙ eo loco ꝛc. vbi de deſerto aſ⸗cẽdit: tũc maxime cũ delitijs affluit. Si enim ꝑ deſertũ recte intelligit̃ cor humanũ: q̃d erit de deſerto aſcendere niſi ſupra ſemetip̃m ire? Quid igit̃ hõ ibi poſſit vbi homo ſupra ho⸗minẽ aſcẽdit: niſi hũana natura hũane poſſi⸗bilitatis metas trãſcẽdit? ¶Nullo v̓o tp̃e dile⸗cto ſuo vehemẽtius ĩnititur ꝙ cũ ſpiritalib⁹ delitijs ſancta aĩa affluere videt̃. Cogitemus mõ puellam quãdam tenerã ꝛ delicatã: vtpo⸗te in multa delitiarũ affluentia educatã: ſed et multo iam vino madidã: vtpote in cellã vina⸗riã introductã: in torrẽte voluptatis potatã: ꝛ q̃ſi p̃ nimia teneritudĩe vix poſſe incedere: ꝛ p̃ nimia ebrietate viã quã tenere debeat: nullo mõ poſſe diſcernere: ¶Nõne ſub tali tibi ſche⸗mate ꝯſiderãda ꝓponit̃ hec q̃ delitijs affluere ꝛ dilecto ſuo innixa deſcribit̃? Quid v̓o mirũ ſi delitiarũ affluentia delicatã reddit? Vultis aũt audire ꝙ delicatã afficere cõſueuit: pene ſup̃ id qđ credi poſſit? In tantũ deniq̨ vt nul⸗la exterior delectatio poſſit ei aliquaten⁹ ſape⸗re: nec aliqua hui⁹ mũdi gloria aliq̃d cõſola⸗tiõis afferre: ita vt veraciter audeat ꝓfiteri ꝛ dicere: ¶Rennuit cõſolari aĩa mea: eo ꝙ veraci⸗ter ſentiat: ꝛ ꝓ certo diffiniat: ꝙ oĩs caro fenũ ꝛ oĩs gloria eius quaſi flos feni. Deniq̨ tedet

aīaꝫ ſuā vite ſue: quotiēs nō datꝰ ꝯſuetas deli/tias pro voto habere. Uita itaqꝫ ipa ita ei in tediū: imo in odiū vertitꝰ: quotiēs ei illa ſua i/terne ſolēnitatis gaudia aliquādiu ſubtrahū/tur. Cogita ergo quale ſit eiuſmodi delitijs aſſue tam: eoꝝ que delectāt nihil in ꝓpria poteſtate habere: et ſine quibꝰ nullā oīno poſſit cōſola/tionē hr̄e vl' recipe: et q̄ nll'a ſua induſtria: nll'a ſua prudētia poſſit acq̄rere. Quicq̄d ad eius cōſolationē: quicq̄d ad eius iocūditatē valet: ex alieno arbitrio: ex alieno beneficio pendet. Recte ergo illiꝰ viribus innititꝰ cuiꝰ munificētia totū rectuꝫ p̄ſumitꝰ qđ ſpatꝰ: deſideratꝰ et ama/tur. O quotiēs ſub hoc ſtatu dicitꝰ illi et iuxta ꝓphete cōminationē vertitꝰ ei in verbum dn̄i: Manda remāda: manda remanda: Expecta reexpecta: expecta reexpecta: modicū ibi: mo dicū ibi. Expectare itaqꝫ et reexpectare cogitꝰ: dū eius deſideriū ſepe diuqꝫ ml'tūqꝫ differtꝰ: dum delitias ſuas nec ꝓ voto habere: nec ab eiuſmodi cōcupiſcentijs animū ſuū poſſit tē/pare. Ex his vt arbitror apparet: q̄ꝫ longe ſup̄ hoīem ſit: modūqꝫ humanū excedat: quicq̄d in hoc mētis exceſſu agitꝰ vel ſentitꝰ.

## Qui ad hūc tertiū eiuſmodi gratie gradū ꝓfecerit: vnde in idipm adiu/uari poſſit. Ca.XVII.

Erūtamē qui ad hanc gratiā ꝓfecit:
v cū eā ſibi vltra ſolitū ſubtrahi iā ſen/
tit: eſt qđ facere debeat vñ ad eā recu
ꝑandā multū ꝑ omnē modū adiuuari valeat:
⁊ vnde animū ſuū in id negocij quātū in ſe eſt
idoneū efficiat. Debet itaqꝫ anim⁹ q̇ eiuſmo/
di eſt ꝓprijs meditatiōibus cordis in ſe exulta
tionē repare: ⁊ impēſa ſibi diuinoꝝ bñficioꝝ
munera añ recordatōis ſue oculos reuocare:
⁊ ex eiuſmodi recordatione ſeipm̄ ad ꝓfundā
⁊ deuotā gratiarū actionē inſtigare: ⁊ tandem
aliquādo illđ ſpiritalis harmonie organū ex
intimo affectu: in diuinas laudes laxare. Dū
itaqꝫ laudes hmōi ſtudijs intima cordis affe/
ctio in diuine cōfeſſionis magnificentiā ple/
na deuotione reſoluit: quid aliud q̄ꝫ quoddaꝫ
vt ita dicā: ſpiraculū apit: ꝑ qđ in illud cordis
noſtri vaſculuꝫ celeſtis dulcedinis emanatio
diuineqꝫ ſuauitatꝭ abundātia infundat: Hic
eſt ꝙ heliſeus ꝓpheta ad verbū dñi reqſit⁹: cū
ſe pſenſiſſet ſpm̄ ꝓphetie tūc tpis nō hr̄e: fecit
ſibi pſaltē adducere: quo pn̄te atqꝫ pſallente:
ſtatim ſpm̄ ꝓpheticū hauſit: oſqꝫ ſuū evicino
in verba ꝓphetie relaxauit. Forte aliqs iuxta
hiſtoriā querit: quid ſibi velit: ꝙ ꝓphetie do/
num per pſalten queſiuit: vel ꝙ ipſo pſallente
ſpiritum ꝓphetie recepit: Scimus vniuerſi ꝙ

dulcis harmonia ſoleat mentē exhilarare: et
cordi gaudia ſua ad memoriā reuocare: ꝛ abſ-
q; dubio ꝙ vniuſcuiuſq; animu ſuꝰ amor vehemē-
tius afficit: eo ꝓfundiꝰ audita harmonia affe-
ctū tangit: ꝛ quo ꝓfundiꝰ ꝑ affectū tangit: tan
to efficacius ad ſua deſideria reuocat. Quid
igit aliud de ꝓphetico viro ſentiri oportet: ni-
ſi ꝙ exteriori harmonia interiorē illā ꝛ ſpiri-
talē harmoniā ad memoriā reduxit: ꝛ audita
melodia audiētis animū ad aſſueta gaudia re
uocauit atq; leuauit: Cur aūt de ſpiritali ꝛ ve
ra delectatiōe nō ſentiamꝰ: qđ de corꝑali ꝛ va
na delectatione quotidiano experimento ꝓba-
mus: Quis eniz neſciat quomō ſola carnalis
delectationis memoria carnalē mentē in dele-
ctationē rapiat: Cur non eandē quinpotius
maiorē efficaciā in ſūmis viris ſpiritalis dele-
ctatio ñ habeat: Audita itaq; melodia ꝓphe
ſancto: quid aliud ꝙ quedaz ſcala fuit: ꝙ eum
ad cōſueta gaudia leuauit: vt que carnalibus
cauſa ruine eſſe ſolet: huic occaſio aſcenſiōis
exiſteret. Cogitet qui poteſt ꝙ ꝓfunde: ꝙ in-
time eum ſepius ex ꝑte illius ſuꝑceleſtis dul-
cedinis memoria ad vocē pſallentis tetigit: ꝙ
ipſum ſupra ſemetipſum rapuit: ꝛ ꝓpheticum
ſpiritum vel ſenſum: in ꝓphete animo repara-
uit.

## Quid maxime ſoleat valere ad in-
## nouationē eiuſmodi grē. Ca. XVIII.

Ed ⁊ tu quecūqꝫ es aīa q̄ ſoles hmōi
ſ ſpiritalib⁹ delitijs affluere: ⁊ dilecto
tuo inixa ſepe d deſerto aſcēdere: ⁊ ad
theoricos quoſdā exceſſus ſubitaneo quodā
⁊ inopinato: imo inopinabili gaudioꝝ tripu-
dio ſubleuari: ⁊ quaſi quibuſdā ꝓpheticis in-
tellectibus ⁊ reuelatiōibus diuinit⁹ ſublima-
ri: ꝓphetico diſce exemplo: quid tu facere de-
beas: vt ſub neceſſitatis articulo q̄ſi ad manū
habeas quō animū tuuȝ ad aſſuetas delitias
repare valeas: forte nō erit inutile: ⁊ te ſblimi
neceſſitate pſalten adducere ⁊ pſallentē audi-
re. Sed de hac re q̄d ſentiam⁹ breuit̄ abſolua-
m⁹. Quid aliud dicim⁹ pſaltē iſtū q̄ꝫ exultati-
onē cordis i deū: Eiuſmodi pſaltē p̄ſentē hr̄e
nos voluit qui dixit: Letamini in dn̄o ⁊ glo-
riamini oēs recti corde. Quid eſt aūt eiuſmo-
di pſaltē adducere: niſi ꝓuida meditatiōe cor-
dis exultationē repare: et ex diuinoꝝ benefi-
cioꝝ vel ꝓmiſſionum recordatiōe cordis de-
uotionē excitare: Hūc tūc ꝓculdubio pſaltē
pſallere facim⁹: qn̄ ex magno cordis tripudio
in diuina p̄conia iubilam⁹: ⁊ in gratiarūactio-
nē exurgētes: ex intimis viſceribus i diuinas
laudes cuȝ magno cordis clamore reboam⁹.

Hec itaqꝫ agẽtes q̃d aliud q̃ꝫ viã ſternimus ꝑ quam veniẽtẽ viſitantẽqꝫ nos dñm excipiamus: Sacrificiũ inquit laudis honorificabit me: ⁊ illic iter q̃ oñdã illi ſalutare dei. Pſallẽdo itaqꝫ atqꝫ laudando: iter dño paꝛ: ꝑ q̃d ad nos venire ⁊ miris quibuſdã myſterioꝝ ſuorũ reuelationibus nos releuare dignaꝛ. Hinc itaqꝫ alio loco dicitꝛ: Cantate dño pſalmũ dicite noĩ ei⁹: iter facite ei q̃ aſcẽdit ſuꝑ occaſuꝫ. Queris forſitan ſcire q̃d ſit ſuꝑ occaſuꝫ aſcendere: Eã ſane mũdi regionẽ qua ſol occidit: luxqꝫ diurna deficit: vſus occaſuꝫ dicere conſueuit. Quid ỽo recti⁹ intelligim⁹ ꝑ occaſũ: q̃ꝫ hũane intelligentie defectũ: Ibi eñ intelligentie ſol q̃ſi occaſũ incurrit: ⁊ cognitiõis ſue radios abſcõdit: ⁊ diei lumen q̃dãmõ in tetre noctis caliginẽ vertit: ⁊ humanis aſpectibus oĩa ſubducit: qñ ſpũs hũan⁹ ĩ mẽtis alienationẽ cadit: ⁊ cõi ſenſu deficiẽs extra ſemetipm rapt⁹: quid ĩ ſe vel circa ſe agaꝛ penit⁹ neſcit. Quid eſt aũt dñm in ꝯſideratiõis nr̃e oculis aſcẽdere: niſi magnitudinis ſue reuelatiõe cognitiõis nr̃e argumẽta multiplicare: Quãto eñ ſublimioꝛa nobis de magnitudinis ſue altitudine reuelat: tanto ad celſioꝛa intelligentie nr̃e obtutus ſe leuat. Supꝛa occaſũ ỽo tunc veraciter aſcẽdit: qñ hoĩem ſupꝛa ſemetipſuꝫ

UPB

rapit: quãdo ei eorũ omniũ que iuxta cõmunẽ ſenſum nouit memoriã ſubducit: et ei hoc de maieſtatis ſue celſitudine ꝑ mẽtis exceſſuꝫ oſtendit: qḋ iuxta cõmunẽ huius vite ſtatũ ⁊ hũane capacitatꝭ modũ: nllo vnq̃ꝫ mõ cõprehendere poſſit. Studeamus cũ ḡ magna mẽtis alacritate in domino gaudere: ⁊ ſatagamꝰ corã ip̃o cum intima deuotione pſallere: vt ſic quidẽ digneť ſuꝑ occaſum aſcẽdere. Hec agẽtes: qualẽ oportet pſaltẽ adducimus: ⁊ qualiť expedit pſaltẽ audimus: ad eius pſaltis vocẽ ſpiritalẽ: animꝰ medullitꝰ tangiť: ⁊ irruente ĩ eo ſpũ ſpiritaliter afficitur. Et duꝫ ad diuinã inſpirationẽ intellectualis ſenſus apiť: ꝓphetalis in eo quodãmodo gr̃a repať. Ad eiuſmodi itaqꝫ pſalmodiã ſpiritalẽqꝫ harmoniã aĩa cõtemplatiua ſpiritalibꝰ theorijs aſſueta incipit tripudiare: ⁊ p̃ gaudij nimietate ſuo q̇dã modo geſtire: ⁊ ſpiritales quoſdã et ſui generis pſaltꝰdare: ⁊ ſe a terra terreniſqꝫ oĩbus ſuſpendere: ⁊ ad celeſtiũ cõtemplationẽ tota mẽtis alienatiõe tranſire. Hoc igiť ẽ vt diximus qḋ ad mẽtis ĩnouatiõꝫ valet: ħ eſt qḋ ad amiſſe gratie recuꝑatiõꝫ maxie valere ſolet.

## Quibus gradibus excreſcat humane mentis exceſſus. Ca. XIX.

D Ictū eſt quibus de cauſis mētis alie/
natio accidere ſoleat: nunc illud adij/
ciendū videt̄ quibus etiā gradibus
aſcēdat. Aſcendit aūt aliqñ ſupra ſenſum cor/
poralē: aliqñ etiā ſupra imaginationē: aliqñ
ꝟo ſupra rōnem. Quis autē illā q̄ ſupra ſen/
ſum corꝑalē: ſeu illā q̄ ſupra imaginationē eſt
negare audeat: cū illā etiā que ſupra rōnem
eſt: apl'ica illa auctoritas cōuincat: Scio in/
q̄t hoīeꝫ ſiue ī corꝑe: ſiue extra corpꝰ: neſcio:
deꝰ ſcit: raptū hmōi vſqꝫ ad tertiū celū: Ecce
qꝛ hūanā rōnem mētis alienatiōe trāſierat: q̄
quicq̄d circa ſe agerēt penitꝰ diſcernere neq̄/
bat. Sed hūc locū pleniꝰ explanādū: meliꝰ ē
eruditiorībꝰ ingenijs relinq̄re: q̄ꝫ ō tāta mate
ria ſuꝑ vires nr̄as aliq̄d temere ꝓſumere: me/
lius in h̄ nos illoꝝ ꝑitia inſtruit: q̄s ad ſcīe hꝰ
plenitudinē: nō tā aliena doctrina q̄ꝫ ꝓpria ex
ꝑientia ꝑuexit. Ad illā itaqꝫ materie nr̄e ſum/
mā: quā in ꝑmo libro ſuccincta breuitate per/
ſtrinximꝰ: iſta ī ſubſequēti oꝑe largiori execu/
tione adiecimꝰ: vbi vt ſuꝑius ꝓmiſimꝰ ocio/
ſis locuti ſumus.

Magni cōtemplatoris Richardi
de ſancto Victore liber quitus de ar/
ca myſtica explicit.

Ex Libris Antonii Falaborri
Praeſbiteri 1806 =

[redacted]

[illegible]

... ꝑmanen ...
ce ꝑmanen . dicit ea generari dicit ea ee qd
ꝑmanens / qr nᵒ generatur nisi ꝑmanens sit .
... na ro est q ... q alterat sic cor est sm al
...tionis / et r q mo est sm motum ... simul mo
... gnō gnet / motus erit sm motum / et gnō sm
...monis / q est plus improbatum qr 2c
...uinta ro est q oes motus 2 oes muto terminat
...d aliq exns / s3 motus nō e aliquid exns in gno /
...e oio sit de nūo ꝑmanentium qr 2c
...inta ro est qr andem q doctrina / nō est
...nus doctrine / s3 scia solis calefco nō terminat
...d calefcam / s3 ad calore / et sic de aliis
...mutationibz / ... mutatois nō e muto qr 2c.
Sexta 7 ulti[illegible] spes
motus / s3 tria ꝑdicamenta in quibus est motus / oportet
...t q alt illorum motuum sit sba n aliorum / et ad 2
...llos terminet / sic loca muto alterabi aut sen 2c.
...c aut nō videmus sic ee g 2c
...Dicuius 7 ultimo recitat q nō possunt neccu
...i pce pot ee mutatis muto / s3 nec blans
...be aut mod mutatois n aud sba re vel ...
Cum aut nec3 sbe 2c. In isto c.
capl'o phs ondit q motus est in tribz
...gnibz / postq ondit qd aut est q n est in aliis /
...relinquitur q sit in his tribus . s. qlite quantitate
et ubi / et sic procedit / facit . n . isto ca . c

Ricardus

Basel

1494.